





1753, 21<sup>a</sup>  
27

DISSERTATIONEM  
DE  
**T O T O <sup>Servituti</sup> I V R E <sup>3</sup>**  
PER PARTIALEM VSVM SERVATO  
QVO VSVCPIO LIBERTATIS  
ET  
INDIVIDVA SERVITVTVM CAVSSA  
ILLVS'TRANTVR  
POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO  
DOMINO  
**G E O R G I O II.**  
MAGNAE BRITANN. FRANC. ET HIB. REGE  
DEFENSORE FIDEI  
BRVNSVICENS. ET LVNERVGENS. DVCE  
S. R. I. ELECTORE AC ARCHITHESAVRARIO  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
IN GEORGIA AVGVSTA  
INCLVTI ORDINIS IVRIDICI AVCTORITATE  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
ET PRIVILEGIIS OBTINENDIS  
PVBLICAE DISQVISITIONI SVBMITTET  
**ANDREAS RVDOLFVS DE RAMDOHR**  
BREMENSIS

---

A. D. XIII. OCTOBR. CI<sup>o</sup> ID GCLIII.

---

GOTTINGAE  
PRELO GEORG. LVDOV. SCHVLTZII, ACAD. A TYPIS.



ILLVSTRISSIMO  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMO DOMINO  
DOMINO  
GERLACO ADOLPHO  
L. B. DE MVNCHHAVSEN

DYNASTAE IN STRAVSFVRTH rel.  
AVGVSTISSIMI AC POTENTISSIMI  
MAGNAE BRITANNIAE REGIS

ET  
DVCIS ELECTORIS BRVNSVICO  
LVNEBVRGICI

A  
CONSILIIS SANCTIORIBVS  
AC  
STATVS ADMINISTRO  
REGIAE CAMERAE PRAESIDI  
ET ACADEMIAE GEORGIAE AVGVSTAE  
CVRATORI

DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO

DOMINI SVO INDIGENAISIMO  
CARTA CLOVIS FAMULUS  
ET MUNDANUS OLYMPIA  
CARTA CLOVIS  
RECEPS CTHIRAE FAMULUS  
SITANTUR AUREAVERBIA  
COMITIUS EPISTOLICUS  
DUCIS EPISTOLARIS PRINCIPIO  
MICHAELES PERTINACEUS  
AGAVITZIUS AC TOTPOTIZIUS  
V. B. DE MUNCHENZEN  
GERALDO ADOLPHO  
DOMINI DOMINICO DOMINICO

ILLVSTRISSIME ATOVE EXCELLENTISSIME  
DOMINE  
PATRONE OPTIME MAXIME



*M*ulti sunt anni, ILLV-  
STRISSIME DOMINE,  
quibus ita benignum TE exper-  
tus sum, ut saepius mea causa

TE

TE velle, non dubie significaueris.  
Quid dicam? eam meorum  
temporum aetatem suscepisti,  
quae, quum matura adoleuisset,  
ne umbratilis inter priuata stu-  
dia terminaretur, aliisque de-  
fferset, ad publicos tum ciuilem  
prudentiam docendi, tum philo-  
sophiae principia aliis tradendi  
conatus erat traducenda. Fuit  
traducta. Num tam felici scri-  
bendi successu, quam ausu? Eris  
TV, ILLVSTRISSIME DOMINE, is  
rerum peritus, iustusque aesti-  
ma-

mator, CVIVS si suffragium  
tulerim, omnia fere puncta tu-  
lisse me arbitrabor. Ego vero  
maximum TVVM NOMEN, quod  
tralatitio ILLVSTRISSIMAE GEN-  
TIS TVAE decore ad aetatem  
nostram propagatum, a TE insi-  
gniter Academiae instauratae,  
rerum Germaniae feliciter ge-  
starum commendatione auctum  
posteritatis heroes, animo repe-  
tentes exempla maiorum, exci-  
tabit, prisca pietatis religione  
hic publice veneror. Nonne,  
quod

*quod in soteria Rutilio Galli-  
co, eximia quaevis et felicia  
precans, Statius auguratur, iam*

*Genus*

*luce sequente  
Vincitur, et MAGNO gaudet  
cessisse NEPOTI?*

*Huic ipsi NOMINI habebis*

*ILLVSTRISSE DOMINE  
PATRONE OPTIME MAXIME*

*Sanctori non umquam temerandi obsequii,  
et candoris cultu*

*deuotum atque deuinclum  
AVCTOREM.*



L. S.

**A**rgumentum, quod elaborandum suscepimus, magni nominis viri magnifica reconditi iuris romani religione sibi commendatum habuerunt. Duplice potissimum consilio in hoc ipso me tractavi. Primum fuit, ut quae de amissione seruitutum per non usum, et tempus addi poterant, supplerem. Proximum ut ostenderem, ea, quae ad interiorem subtilioris iuris naturam pertinent, suo usu non  
A de-

X X X

destitui, sed saepius ad fori commoda traduci posse. Non ignoro quidem, multas superesse difficultates, quas praetermis, sed diligenterissimi viri, (\*) qui felici ingenio ad ius naturae commentatus est, cuiusque diuturniorem vitam erudit magna inter praemia duxissent, monitum haud umquam a scribendi meditandique ratione seiunctum esse passus sum. Ille vero : *Quand une vérité se trouve prouvée par des raisons solides, tout ce que l'on peut y opposer, ne doit point ébranler, n'y affoiblir notre persuasion, tant que ce sont de simples difficultez, qui ne font qu'embarrasser l'esprit, sans detruire les preuves memes.* Tu L. B. labores nostros aequi bonique consule.

\* BURLAMAQUI Principes du Droit Naturel p. m. 31.

§. I.



§. I.

**N**on opus esset, inquit philosophus anglus \*) ut de <sup>O</sup>lectum su-  
mentis angustiis conqueremur, si modo in rebus vti-<sup>dii Iuris de-</sup>  
libus cognoscendis, quarum notitia penes nos est, studium no-<sup>bet praefestare</sup>  
strum collocaremus. Praeclara vero vox, & viro, cuius im-<sup>usum.</sup>  
mortale opus veriori forsan augurio multis saeculis can-  
tetur, quam illud fuit, quo Scaevola Ciceronis Marium ad  
posteritatem transmittere voluit, et QVINTVS CICERO  
Marianam quercum condecorauit, digna. \*\*) Profecto,  
si non omnes, plerique tamen, qui aliquid studii vel ad  
Philosophiam vel ad Iurisprudentiam conserunt, ita huius  
dicti rationem habere deberent, ut id non in quaestionibus

A 2. A 2. A 2. CON-

\*) LOCKE de Intell. Humano L. I. C. I. §. 5.

\*\*) CIC. de LL. L. I. C. I.

confluerent, quae splendide minutae, nouitatis quidem gratia commendantur, sed tum in decidendis causis, tum in probe intelligendis scientiis, parum utilitatis praestant, quaeque ita comparatae sunt, ut similes remotioribus a nobis astris, micent quidem, at lucem non praebent a). Abundat enim Iuris scientia eiusmodi argumentis, quae curiosiori inuestigatione sollicitata & animum ad solidioris theoriae habitum conformatum delectant, et cum negotiosa vita, quae ad fori consuetudinem pertinet, non sine vberimo pragmaticae iustitiae fructu coniungi possunt. Quae, quum dupli ratione, quum theoriae, tum praxeos consideratione, Iureconsultis, qui singulari mentis acumine, et summa scientia in luce ciuili familiam ducunt, se probarent, vituperata est recte industria eorum, qui in minutulis concertationibus occupati, iis in rebus se cruciant ac distorquent, quae, vt reipublicae suae spectatissimi dictatoris b) verbis utar, per asperum laborem cognitae utilitatis parum, per honestam negligentiam ignoratae danni mercantur nihil.

Iam veteres hunc morem in utilissimae artis cultori-  
cus ludibrio habuerunt, et nimis feruide amarulentus

T V L.

Ingeniose VOLTAIRIVS soluagam et umbratilem scientiam  
hoc modo ad astra extollit, quae maiorem felicet subtilitatem,  
quam utilitatem praestat.

b) JOSEPHI AVRELII de IANVARIO in Republica ICTORUM p. 55.

X X X

TULLIUS (c) scientiae Iuris exprobat, quod in ea nihil dignitatis esse possit: res enim esse parvas, prope in singulis litteris, atque interpunctionibus verborum occupatas, et si quid apud maiores nostros fuerit in isto studio admiratio-  
nis, id enunciatis Iurisconsultorum mysteriis, totum esse contemnum et abiectum. Iure an iniuria orator eos, qui saluberrimam disciplinam profitentur, notet, non iam cadit in nostram disceptationem, nec est huius institutae scriptio-  
nis, aut temporis. Certe in eo Cicero nec sibi nec ve-  
ritati defuit, quod industriam, quae intra singularum litterarum et interpunctionum cancellos concluditur, nec ad publicae rei usum, etiam rebus prolatis, traducitur,  
parvi faciendam dixerit, destitutamque dignitate.

§. II.

Quare semper mihi isti de orbe litterario pariter, ac de civium usibus commodisque meriti visi sunt, qui post habitis futilibus nugis, et quaestionibus, solide magis, quam ambitiose ita in Iure colendo versati sunt, ut quid quid operaे in hac scientia posuerunt, totum id ad gerendarum, iudicandarum, et illustrandarum rerum rationem adtemperarint. Hi vere sunt

qui vitam excoluere per artes,  
Quique sui memores alios fecere merendo.

A 3

Huius

c) in Orat. pro Murena C. II.

*Seruitutum  
argumentum  
subtile, et pra-  
gmaticum.*

Hujus numeri inter multa propemodum singularia ornamenta sunt I Cti consummatissimi, qui per difficile argumentum de seruitutibus illustrandum felici successu succeperunt. Est, si quid video, hic locus iuris ita comparatus, ut eum, prae ceteris veterum Iureconsultorum subtilitatibus circumscripsum habeamus, et ad quem diligentia rite accommodata, et Iurisprudentiae veram rationem rimari, et totam rem cum litibus negotiisque civilibus in ipsis rerum argumentis comparere debet. Nam suo more veteris Iurisprudentiae lumina, viri <sup>boni</sup> nati melioribus annis, philosophati sunt, non tantum, quod boni, et aequi notitiam profitentes, aequum ab iniquo separantes, licitum ab illico discernentes, bonos non solum metu poenarum, verum etiam praemiorum quoque exhortatione efficere cupientes, veram philosophiam non simulatam affectaverint, (d) sed quod et ipsi certis regularum, et principiorum, quae universam iurisprudentiam regunt, et dum sibi constant, in analogiam iuris evadunt, collectionibus artem suam complexi fuerint. Quo factum est, ut aequae, atque absurdis philosophiae partibus, iuri nostro non desint notiones latius patentes, ex quibus ratiocinia, quae ipsarum est praestantia, conficiantur, et confecta ad rerum <sup>causa</sup> liti-

(d) VULPIAN. in L. I. §. I. D. de I. et I.

litigiosarum species, atque mutationes adcommodentur.  
Quod, si ullo in argumeto locum habet, procedit sane  
in doctrina de servitutibus.

Operam igitur in hoc genere collocavere summi vi-  
ri, non sine multa fori, et subselliorum iudicialium vili-  
tate, qui in iis ipsis locis, in quibus enodandis ipsorum  
opera usus sum, a me honorificentissime, et ea, qua  
ipsorum nomina colo, reuerentia adpellabuntur.

### §. III.

Quae vero quaestio inter ceteras ad servitutes, cum *Quæstio de  
seruitutum us  
su partiali  
cum lapsu  
temporis coni  
uncta est sub  
tilitate, et u  
eritate forensi  
commendata.*  
praescriptione coniunctas, pertinentes eminet, est illa de  
usu partiali servitutis, quatenus per illum, licet lapsus  
temporis lege definitus ipsis accesserit, tota, & integra  
servitus conservetur retineaturque. Nam quum multa  
sint in lurisprudentia, et utilia et grauia, haud leuioris  
momenti videtur illa disputatio, quae spectat hunc locum,  
quem, si adcurate et vniuerso animo lustrari velimus, si-  
mul de ipsa natura seruitutis, de usucapione, de usu, &  
quae sunt eiusmodi, diligentius disquirere debemus.  
Accedit, quod in hac enucleanda materia solertia nostra  
cum eiusmodi exercitatione concilietur, quae usum fo-  
rensem sibi coniunctum habet. Itaque, vt, quod euenit,  
id cum huiusmodi tractatione contendamus, exhibe-  
mus

X X X X X

mus causam ipsam, cuius decisio ab inuestigatione quaestione proficietur.

§. IV.

*Factum, quo  
argumentum  
disputationis  
illustratur.*

Coenobio Mariensee a comite BURCHARDO DE WÖLPE an. 1276 concessum est, ut quae loci religio-  
nem professae essent virgines iis liceret *in siluis, et nemoribus, in omnibus locis ditionis Comitis, ubique voluerint, sine contradictione alicuius cedere arbores ad aedificia, prout expediret, ipsarum utilitatibus de liberalitate constat ex iuncto diplomate comitis BURCHARDI (e).* Accessit an. 1301. comitis OTTONIS DE WÖLPE favor, quo indultum est his ipsis virginibus, *in nemus, quod vocant den Grindewald, pastus quinque sexagenorum porcorum eiusdem agrorum partibus inducere, et libere deducere, nec non in eodem nemore arbores caedere ad aedificia et combustibilia, et ad omnem ipsarum necessitatem. (f)*

Iura haec denique confirmata sunt, ceu patet ex diplomate tertio in adpendice exhibito, (g) et quidem an. 1433. a Duce GUILHELMO Brunsuicensi, qui priuile-

gii

(e) v. N. 1. in adpendice.

(f) v. N. 2. ibid.

(g) v. N. 3. ibid.

gii suis hisce verbis factus est auctor: *dat dat Kloster  
ore proueners und Knechte und ere Vorwerke in ore-  
me ringethume begrepen Echtverdinge und Holthouw  
hebben schullen uppe deme grindelwolde, mit aller-  
leie Holte, und in den Scharholten to Eylemessan to  
Hagen to Nobeke und anderen dorpen umme den  
wolt belegen berneholt to hauwende, wur se dat  
aflangen kunnen. Ok scal men deme vorbenomten  
Closter buwholt utheden vorbenomten holten to oren  
noden nicht weigeren.*

§. V.

Iura ita legitime adquisita, coenobio admodum proficia successu temporis a praefectis, qui administratio-  
nem redditum, qui ad coenobium pertinent, suscep-  
rant, paullatim in exercitium non deducta sunt. Ita eve-  
nit, vt ius lignandi quidem exercuerint in nemore, sed ob  
sufficientem iis temporibus ligni copiam hac ratione iuri  
quaesito coenobii defuerint, aut defuisse videntur, vt per  
multos annos in determinato quanto, quod septem plau-  
stra onusta non excederet, subsisterent. Accidit id quo-  
que forsan, quod per aliquot annos arborum copia deesset,  
ita vt non potuerit coenobio sine imminente sylvae deua-  
statione maius quantum subministrari. Deinde vero fa-

B

ctum

Quæstionis  
controverse.

ctum est, ut illi, qui coenobii curam gerebant, totum ius, quantum liberalitate comitis de WÖLPE, et ducis GUILIELMI coenobio indultum est, exercere vellent, aegre ferentes, quod libertas huius exercitii ad septem plaustra restringi debeat. Quæsitum est, nec id, si quid video, sine ratione, an multorum annorum usus, qui tamen ad certum plaustrorum numerum, certamque lignorum quantitatem fuit restritus, totum ius, quod coenobio, ut nos docent iunctæ chartæ, fuit concessum, imminuerit, nec liceat usum totius iuris restaurare, vel exercere integrum seruitutem ultra septem plaustrorum numerum: an per usum longaeum eundemque partialem haut minutum ius conservatum sit, & qui prouida cura coenobii iuribus redditibusque propiciunt, hi coenobii commodis maiori lignorum quantitate, quam illa fuit, quæ multis annis suffecit, suffragante iure consulere possint?

## §. VI.

Non erit iuris nostri vel leuiter peritus, qui non videat, nobilis quæstionis decisionem principiis, quibus rite cognoscuntur, examinanturque seruitutes, superstrui debere, nosque debere in multa excurrere, quæ in latebroso huius argumenti recessu quaeruntur. Certe, quod repeto, si in villa causa, quod de toto iure romano praedicat, LANVARIVS e) hoc non ipsa duntaxat naturae simplicitate, ne que

e) in Republ. ICtor. p. 77.

X X X I X X X

que in solis angustisque necessitatibus, limitibus, ut ceterarum  
iura gentium, repositum est, sed instruitur pompa ac solemnitate,  
ita ut oraculi, & absconditae religionis plenum vi-  
deatur; in hac eiusmodi adparatus multas subtilitates,  
multasque legum ambages habemus, quas naturalis ratio  
non omnes docet. Nullibi forsan, inquit Ill. LEYSERVS  
f) subtilius est ius romanum, quam in doctrina de serui-  
tutibus. Nos ita in hoc genere nos tractabimus, ut pre-  
ter ea, quae viri magni nominis, & tum humanioris, tum  
pragmaticae Iurisprudentiae ornamenta PVFENDORF, g) EV.  
OTTO, h) THOMAS. i) & SAMVEL STRYCK. k) MARCVS  
AVRELIVS GALVANVS l) vel de acquisitione, vel de amissione  
seruitutum, & iurium disputatione, de his disquiramus,  
quae usum partiale seruitutis, quatenus ab eo conseruatio & amissio illius pendeat, spectant. Quia in re ta-  
men potissimum decidenda quaestio in §. 5. exhibitae  
rationem habedimus, excussis simul singularibus grauioris  
momenti locis, quae in iure exstant.

## B 2

## §. VII.

- f) in Medit. ad D. Spec. 107. M. 1.
- g) in Obseru. Iur. Vniu. T. I. obs. 32.
- h) de Usu cap. Seruitut.
- i) in Diff. de Seruit. Stillicid.
- k) in Diff. de non usu iuris quaesiiti. Dissert. Vol. 3.
- l) de Usufr.

XXXI 12 XXXII

§. VII.

Primum potest quaeri, quaenam species iuris sit ista,  
quae per documenta huic tractationi iuncta tribuitur.

*Concessa fer-  
tius usus in  
silva caedua  
per iunctas  
obstantes.*  
Ego vero hic adgnosco feruitatem usus in sylva caedua,  
constitutam. Ita enim habet charta Ottoniana: *in eo-  
dem nemore arbores caedendas ad aedificia & com-  
builibilia, & ad omnem ipsarum NECESSITATEM.*  
Contentit diploma ducis Guilielmi in verbis: *Ock scal men  
deme vorbenomten Closter bowbolt vthe den vorbenomten hol-  
ten to oren noden nicht weigeren.* Non igitur eum in mo-  
dum munificentissimi chartarum nostrarum auctores libera-  
litatem suam extendi passi sunt, vt & ea compendium, &  
quaeflus concludantur: quum soli necessitati prae scriptis  
terminis, & verbis per concessionem iuris in silva prospic-

*L. 22. D. de cere voluerint. Sed negotium nobis facessere videtur  
usu, et Habit  
analis.*  
POMPONIVS, m) ad cuius verba si quis attendat, forsan a  
sententia nostra discedet. Quid enim? Diuus Adrianus,  
quum quibusdam usus siluae legatus esset, statuit fructum  
quoque eis legatum videris, quia nisi liceret legatariis cae-  
dere silvam, & vendere, quemadmodum usufructuariis li-  
ceret, nihil habituri essent ex eo legato. Quae cum ita sint,  
reponi posset, omnino, vbi quis habet usum silvae, eum-  
dem habere facultatem vendendi ligna, ex eoque effici, vt

m) in L. 22. D. de Usu et Habit.

XII

in nostro casu nihil interfit, vtrum concessionem coenobio  
tributam ad usum, an ad usumfructum referamus.

§. VIII.

De ipsa L. 22. D. de Vsu et Habit. HVERVS <sup>n)</sup> fate-  
tur, quam habeat rationem, se non intelligere, nisi acci-  
piatur textus de modica silva. LAUTERBACH <sup>a)</sup> putat ius <sup>HVERI sententia.</sup>  
vtendi in alium transferri non posse ab usuario, nisi, quam  
struit limitationem, usus alias plane esset inutilis. e.g. Si  
usus bibliothecae illitterato concessus, posse ipsum eamdem  
aliis pro certa mercede locare, pariter ac si siluae usus  
concessus esset, cedere, et vendere ligna licet, subiun-  
cta demum lege ipsa. Neuter vero horum ICtorum ex  
mea sententia rem penitus et plene confidere videtur: licet  
HVERI coniectura a vero minus aberret. Nam, quod  
HVERVS de modica silua id quod ADRIANVS in L. 22. D.  
de Vsu et Habit. de concessa a se legatariis usuariis facul-  
tate vendendi ligna, et tribuendo ipsis simul fructu statuit,  
nolle ad quemlibet usum modicae silvae accommodari,  
ne pluribus eiusmodi causis nimis a natura usus praeter ra-  
tionem iuris recedatur. Verbo, hac sola coniectura, nisi  
aliae accedant, decisio ADRIANI non satis exculta datur.  
Eodem modo est comparata Lauterbachii limitatio, quam

B 3

aegre

<sup>n)</sup> in Prael. ad Instit. L. 2. T. 5 §. 5.

<sup>a)</sup> in Coll. th. pr. L. 7. T. 8. §. 7.

aegre cum Iurisprudentiae nostrae ratione conciliaueris, quum casus, qui habetur apud POMPONIVM, limitationem, quam exponit Lauterbach, non omnimodo afficit. Acute IOANNES VOETIVS p) iuris communis religionem tuerit, dicendo, quum id ab Adriano in singulari tantum casu constitutum fuerit, quo quibusdam vſus filuae legatus erat, cuius peculiares potuerint esse circumstantiae in lege non expressae, vix esse, vt regulariter legatario vſus filuae caeduæ permittatur lignorum ex ea filua caesorum venditio, præfertim, quum ratio in d. L. 22. proposita, si generaliter acciperetur de omni caſu, manifestissimam esſet involutra falſitatem.

## §. IX.

Adposite ad rem vir eruditus quod dicit, in interpretanda L. 22. D. de vſu et Habit. singularia cause ad*vborior expli-* iuncta assumi debere. Ipsa verba legis, niſi me omnia fal*catio L. 22.*  
*D. de vſu, et* lunt, et ſi quid coniecturis in eiusmodi argumento assequi  
līceat, nobis abunde subministrant, ex quibus eius illuſtratio componenda eſt. Primum POMPONIVS narrat in caſu, ad quem Imperatoris decisio fuit adtemperata, quibusdam fuisse vſum filuae concessum. Non incommodam recipit lex explicationem, ſi non exiguum legatiorum numerum fuisse iufpicemur. Necſtitates singularium legatario-

rum

p) in Comment. ad Dig. L. 7. T. 8. §. 5.

rum forsan majores; terra arboribus diuisa maligna; silua  
haud ferax; nemus multos per annos ignavum; circum-  
scripti nimis huius limites. Deinde nec id temere, et in-  
consulte praetermittendum, quod in ipsa lege, cuius de-  
cisiō a nobis consideratur, pronunciatum sit de legato vſus,  
non de solo vſu. Iam vero VLPIANVS q), postquam ab  
ipso multa vſus genera secundum veterum varias de iſis  
opiniones rite pertractata fuerunt, in ipso vſus argumento  
ait: non tam stricte interpretandas esse voluntates defun-  
ctorum, add. L. 12. D. de Reg. I. Quamuis enim vſus ICto-  
rum sententiis apud Romanos valde restrictus fuit, plus tat-  
men indulgendum fuisse ipsis visum in hoc iuris loco vlti-  
mis voluntatibus, quoniam reipublicae intererat, volun-  
tates defunctorum, quae legum colorem mentiebantur,  
exitum sortiri. Quodsi vñquam locum habuit, inprimis  
id vſu venit in legatis. Etenim, praeterquam quod in le-  
gatis vltimarum voluntatum religio strictim seruaretur, nec,  
quoad id per iuris analogiam fieri possit, a defunctorum  
fancitis discederetur, accedebat, quod legata semper libe-  
ralitatis speciem prae ceteris induere videbantur. Prouo-  
caui in hoc argumentandi modo ad ipsa legis verba,  
quae cum conjecturis meis, si conjecturae dicendae sint,  
satis conueniunt. De legato vſus certe ab Adriano statu-  
tum fuit. Additur, quod, nisi liceret legatariis caedere  
siluam, et vendere, quemadmodum vſufruariis licet,

ni-

q) L. 12. §. 2. D. de Vſ. et Habit.

nihil habituros esse ex eo legato, cuius scilicet species  
**ADRIANO** fuit oblata, legatarios \*)

§. X.

Quamobrem, ut rationum summam conficiamus, Adrianus in L. 22. D. de Vſu et Habit, nobis statuere videatur non in genere de quouis vſu tributo, et concessio in filia caedua, sed primo loco, de eiusmodi vſu, qui in singulari casu propter singularia causa adinuncta, non erat ad exemplum trahendus. Indicant id verba legis: *ex eo legato*, quae singularitatem casus satis euincunt, potissimum, si addantur voces: *quum quibusdam vſus filiae legatus effet*. Secundo loco aliud dicendum de quo quis vſu concessio ac de legato vſu, qui pleniorum recipit interpretationem, quam ille patitur, qui per modum inter viuos contrahendi indulgetur. De hac vltima autem specie non erat statuendum Adriano. Vnde ille discessit a regula, et quidquid in genere de vſu eiusque restrictione, secundum veterum ICTORUM dicta valet, id parum in specie a se decidenda vſiuuenire credidit: itaque nec nos, si adcurate pretia legibus, suum honorem, suum effectum statuere tribuere que velimus, dicemus, sine vlo discrimine, nec vlla habita ratio.

\*) Non contempnenda sunt, quae ad explicationem c. L. 22. humiori manu contulit JOSEPH. AVERANIVS Interp.

Iur. Lib. 3. C. 19. n. 7.

XII

tione an *vſus* per modum inter viuos contrahendi, an per modum vltimae voluntatis cum altero communicetur, illum, qui habet *vſum* in filua caedua, posse vendere ligna et arbores, et de iis ad quaestum, et compendium disponere. Tantum abest, vt ita legem examinatam intelligamus, vt ultra terminos casus admodum singularis in ea expositi, procedere audeamus, veterum Imperatorum fancita veriti.

### §. XI.

Satura quasi lance haec omnia disputauimus, ex quibus recte a nobis concluditur, multum interesse in largitione facta per chartas huic dissertationi iunctas, vtrum *vſus*, an *vſusfructus* in virgines coenobii translatus fuerit, neque legem 22. D. de *Vſu et Habitat*. hac in causa *vſus* naturam euertere. Inconcuſſa plane omnia, quae nostrum casum spectant, si munificentiam, qua coenobii commoda augentur, ex ipsis diplomatum verbis colligamus. Charta enim **DVCIS GVLIELMI** *vſus* in filua caedua mentionem facit, quatenus is aedificationibus et combustioni inferire possit. Temere igitur beneficium hocce detereremus, si quaestum et compendium immiscere vellemus, exclusis iis per expressam concessi *vſus* determinationem. Quam ob rem veram *vſus* indolem chartae nostrae largiuntur, nec *vſusfructu*, si spectemus scilicet utilitatem ex filua cae-

C

dua

§. XII.

dua dem Grinder Wald percipiendam, munificentiam diplomaticam terminari censemus.

Viss romanis  
indoles restri.  
etior quam  
Germanici.

Haec tamen non ita dicta existimari velim, ac si vsum romanum generatim posteritati traditum, a Germanis receptum, prona fori consuetudine iudicia occupantem, non vberiori adparatu ornatum atque instructum habeam, quam habuerunt veteres Icti romani. Disputent sane, restringant, minuant, addant Cassius, Iubentius, Nerua, VI-  
pianus. r) Quae illorum super sunt, de stramentis, pomis,  
oleribus, lana, et modico lacte sententiae, non vbi que  
pro auctorum ingenii romanos patientur limites. Et  
frustra, vt praeclarus Institutionum interpres iudicat, s)  
nunc disputatur, cur Nerua foliorum vsum vsuario nega-  
uerit. Aliae romanorum necessitates, aliae germanorum.  
Alia cultae Italorum regionis natura, alia nostrae. Italis

ipsa procul discordibus armis

Fundit humo facilem victum iustissima tellus.

Virgil. Georg. II, 459.

Fortunati agricultor dicuntur Virgilio, ad quae verba eleganter commentatur Seruius: *quod autem fortunatos nimium ait, non ad fortunam, sed ad fortunae pertinet quan-*

r) L. 12. §. 1. seqq. D. de Vsu et Habit.

<sup>9)</sup> Ev. OTTO ad Iust. L. 2. C. 5 §. 1.

91

*titatem, nam hoc dicit: quantum in re est, maximas eis natura praestitit voluptates, quas, si noscent, essent non fortunati, sed nimium fortunati.* Benignior natura romanum multis faciliori frugum exuberantia auget, quibus Germanus vel omnino caret, aut quae non sine multa, magna que industria comparantur. Ille

*Quos rami fructus, quos ipsa voluntia rura*

*Sponte tulere sua, carpit*

Virgil. l. c. v. 500. seq.

quo telluris praeconio concinna fructuum naturalium descriptio exhibetur. Nos vero, si regionis conditionem spectes, non omnino ita fortunati. Quapropter ICtus in applicatione seruitutis, quam usum dicunt, ad fori lites, apud Germanos, praecipue huius differentiae rationem habere debet, largiori interpretatione ea supplendo, quae ex naturae beneficio non proueniunt. Sicut enim, quod multis in praeclaro opere, de l'esprit de loix, locis auctor huius libri docet, in omni Iurisprudentia ad genium cuiusque populi in primis attendendum, nec iisdem principiis semper diuersae res publicae temperandae sunt: ita in hoc argumento etenim tantum iuri romano suus constitutus honor, quatenus ad eius sanctiones mores nostri non incongrua praxi conformari possunt. Alias seruatissimam iurisprudentiae putaminibus, nucleus non umquam compa-

rabitur; nec transacti in addiscenda, et in foro exercenda  
iurisprudentia laboris ICtus recte rationem habebit.

## §. XIII.

Ita praeficta seruitute vſus, proximum eſt, ut videamus de vſu, ſiue exercitio iuris, et de contrario eius, ſiue non vſu, cuius iuſta conſideratione parabuntur ea, quibus facili negotio ad quaefitionem illam: an per vſum partialem

*Quid hic no-  
bit vſus?*

ſeruitus pro parte amittatur, an integra totaque retineatur? peruenit. Vlus hic nobis eſt quaſi poffeffio, qui poſſionem certi imitatur. L. 10. pr. D. ſi ſeruit vind. Poſſeffio quaeuiſ ciuilis ſibi adiunctum debet habere animum ſibi habendi, qui animus ſibi habendi tamen non temere confundendus eſt cum affectu dominii, qui affectus dominii tamen ad vſuacionem absolute requiritur. Sane ita forſan viſum Hamenop. Epit. L. 2. T. 1. vt acceperit animum, qui ad poſſessionem ciuilem requiritur, pro ipſo animo affectuque dominii. Sed ſi inficiamur, quae Paullus tradit in L. 1. §. 3. et in L. 3. pr. de adquir. vel amit. poſſi non poterimus ſuffragari Graecis. Rechte Paullum ex Paullo explicat, il- lustratumque dat ſolidioris iurisprudentiae vindex M. A. V- RELIVS GALVANVS), qui in componenda hac re pro- uocat ad L. 1. §. 3. vbi ICtus pronunciat *furiōſum et pupil-*

*Animus ſibi  
deinandi non  
confundendus  
cum affectu  
Dominii.*

¶) de Vſuſr. C. 33. §. 4. p. m. 474.

lum sine tutoris auctoritate non posse incipere possidere, quia  
 affectionem tenendi non habent. Comparat ex hoc Pauli  
 ad edictum loco, incomparabilis ICtus conclusionem, quam  
 auctoris verbis exhibemus. *Paulus ipse explicat sese,*  
*ut omnis alia expositio reddatur inanis.* Animo adquiritur  
 possessio, id est affectu ipso detinendi; siquidem, ut quis recte  
 possessor efficiatur, haec necessaria sunt, ut intelligat, quid  
 sit possidere, et ut velit possidere; hic est animus ille, qui  
 exigitur in possessione: In possessione ciuili igitur coniun-  
 guntur animus et corpus, nec adquiritur haec aut per so-  
 lum animum, aut per solum corpus; v) nisi, obseruan-  
 te illustri PVENDORFIO w), Patrono, cuius magnum no-  
 men posteritas aeternum sibi commendatum habebit, nisi  
 inquam, antecedat naturalis possessio, quo casu tantum  
 animus accedere debet. Inde est, quod veteres ICti  
 saepius negant possidere, qui habent nudam possessionem.  
 L. 33. §. 1. et §. vlt. D. de Vsurpat. L. 6. §. 1. D. de Prec.  
 L. 5. pr. D. vt in possessioni leg. Quamvis vero ad posses-  
 sionis ciuilis acquisitionem dilerte leges nostrae requirunt  
 animum et corpus, videri tamen posset, cum, qui vult  
 ipsam acquirere facto possessionis singulas minimasque par-  
 ticulas possidenda rei occupare debere. Etenim, *qui uni-  
 uersas aedes possidet, singulas res, quae in aedificio sunt, non*

Possessio ciui-  
lis requirit  
animum et  
detinendum.

w) add. Euer. Otto in Comm. ad Inst. L. 4. C. 15. §. 5.

w) Obseru. I. V. T. 2. Obs. 140.

videtur posseditse. Idem dici debet, et de nave, et de armario. L. 30. pr. D. de acquir. vel amitt. possell. Verum enim vero in hac lege non de possessione partis, sed potius de possessione diuersarum rerum quaestio est, quae ita deciditur, vt, qui aedes possidet, non intelligatur simul possidere res, quibus substantia aedium non efficitur. Eum enim, qui aedes mercatus est, non putant Icti aliud, quam ipsas aedes possidere. Nam si singulas res possidere intelligetur, ipsas aedes non possidebit: separatis enim corporibus, ex quibus aedes constant, uniuersitas aedium intelligi non poterit. L. 23. pr. D. de Vlurpat. et Vsucap. Quibus ultimis legis verbis sat clare indicatur, ad acquisitionem possessionis in toto non necessarium esse, vt quis occupet singulas minimasque portiunculas totius. Siquidem, quod dictum est, et corpore et animo adquirere possessionem nos debere, non utique ita accipiendum est, vt, qui fundum possidere velit, omnes glebas circumambulet, sed sufficit quamlibet partem eius fundi introire, dum mente et cogitatione fit, uti totum fundum usque ad terminum velit possidere. L. 3. §. I. D. de acquir. vel am. possell.

*An in quibus  
dam aliqui-  
rendis solus  
animus suffi-  
ciet?  
Labeonis sen-  
tentiae*

§. XIV.  
Quarundam quidem rerum animo possessionem adipisci nos, ait Labeo, veluti, si aceruum lignorum emero, et eum vendor tollere me iusserrit, simul atque custodiā posuisem,

traditus mibi videtur. Idem iuris esse vino vendito, quum  
vniuersae amphorae vini simul essent: quam grauissimi ICti  
sententiam nobis narrat IAVOLENVS L. 51. D. de adquir.  
vel amitt. possess. ex posterioribus LABEONIS. Quicunque  
autem forsitan ICtorum in argumento adquirendae possessio-  
nis fuerit dissentius; Labeonem tamen minime dissentire a  
ceteris iuris auctoribus, sed aequa atque illi animum et  
corpus requirunt, et ipsum hoc singularem suum casum  
tradicere, patet ex iis, quae verbis, nisi me omnia fallunt,  
ipsius Labeonis subiungit Iauolenus, quorum ita auctor fa-  
ctus fuit. Videamus, inquit, ne haec ipsa corporis tradi-  
tio sit, quia nihil interest, utrum mibi, an et cuiilibet iussé-  
rim, custodia tradatur. In eo puto, hanc quaestione consi-  
stere, an etiam si corpore acerius, aut amphorae appreben-  
sae non sunt, nihilominus traditae videantur, nihil video in-  
teresse, utrum ipse aceruum, an mandato meo aliquis custo-  
diat; utrobique enim animi quodam genere possesso erit aesti-  
menda. Vides hic Labeonem non deflectere a recepta ista  
opinione, quod in acquisitione possessionis civilis corpo-  
ris detentio non debeat esse sciuncta ab ipso animo haben-  
di, quam explicationem rite concinnata paraphrasu legis  
adstruit NOOD. Probabil. x) Itaque non est, quod cum  
magno Viro, qui ceteroquin et apud posteros plurimorum  
interpretum nostrorum facile princeps habebitur, quo eru-

di-

x)L 2. C. 6. §. 5.

ditionis suffragio C VIACIVM designari, quilibet intelliget, y) reprehendamus Labeonem, quasi non verum esset, quod dixerat, quarumdam rerum nos possessionem adquirere solo animo; quum ne quidem vox solo in ipsa L. exflat, nec a communi opinione Labeo recedere videtur. At enim nonnulli recentiorum contra ea, quae differimus, contenderunt, ipso solo animo nos adquirere possessionem, et si non antecedat naturalis possessio, moti

*Non obſt. L. 3.  
§ 3. D. de ad-  
quir. l. am.  
poſſ. Reinoldi er-  
ror.*

auctoritate L. 3. §. 3. D. de adquir. vel am. poss. BERNARD. HENRIC. REINOLD. z) ex hoc principio illustrari putat casum singularem, quem ipse verbis L. 55. D. de A. R. D. cum lectoribus suis communicat. Videtur sanctio L. cit.

3. si theſaurum in fundo meo poſitum ſciam, continuo me poſſidere, ſimul atque poſſidendi affectum habuero, quia, quod deſit naturali poſſeſſioni, id animus implere dicitur, conſirma- re Reinoldi ſententiam. Quae diſſicultates, ut ad analogiam iuriſ et opinionem Neratii, et Proculi, deſcio legiſ

*Noottii cor-  
reſtio L. 3.  
§. 3. D. de  
adquir. vel am.  
poſſ. reproba-  
tur.*

reuoſaretur, mouerunt Virum ſummuſ GER. NOOTIVM a) vt vulgatam hanc, ſed inſulſam et ſtolidam lectionem declarauerit, atque exſulare penitus iuſſerit, reſtituſione, ſue potius mutatione lectioniſ ita tentata: *Neratius et Pro-*

y) in Quæſt. Papin. L. 23. ad L. 44. de acq. vel am. poſſ. §.  
quibus explicitis.

z) §. 4. Orat. de LL. Inſcript.

a) in Probabil. I. C. L. 2.

25

*Proculus aiunt, solo etiam animo posse nos (pro non)  
adquirere possessionem.* Verum iam animaduertit V. C.

ABRAM WIELING b) vulgatam L. 3. §. 3. lectionem non in-  
digere emendatione: verba enim haec: L. c. 3. *si non an-* Wielingii ex-  
plicatio com-  
modissima.  
*tecedat naturalis possessio*, ad fundum referenda esse ante  
inventionem thesauri jam possatum; sequentia vero:  
*quod desit naturali possessioni*, de ipso intelligenda thesauro,  
corporaliter quidem non adprehensio, fictione tamen iuris  
ipsius fundi possessi partem constitente \*). Et quidni iste,  
qui fundum possidet, per possessionem fundi ista, quae in  
fundo ipso sunt, adquireret? Sane in thesauro id veteres  
recepérunt, vt eius consideratio arctissime cum fundo ipso  
coniungeretur; vt igitur, qui fundum possidet, sine speci-  
ali siue corporali adprehensione, accidente scientia, et  
animo habendi, eius possessionem adquirere censeri debe-  
at, licet non antecedat naturalis possessio.

### §. XV.

b) in praetermiss. ad REINOLD. p. 241. ad calcem jurispru-  
dentiae refit. add. III. PUFENDORFF. in Obs. I. V. T.  
II. O. 140.

\* Critice etiam commentatus est ad h. L. 3. CORN. van BYN-  
KERSHOECK. Obs. L. 7. C. 1, qui diffensum veterum in  
hoc arguento assignat.

D

## (non sive) non sive §. XV.

Haec omnia eo consilio a me discussa sunt, ut facilius ea nobis comparemus, quibus instructi, adcuratio quaectionis nostra decisione non destituamur. Eiusdem dedimus, quod ad possessionem ciuilem animus possidendi requiratur. Animus possidendi autem non erit, nisi scientia ipsa accedit. Quod adeo verum est, ut si me in vacuam possessionem fundi Corneliani miseris, ego putarem me in fundum Sempronianum missum, et in Cornelianum iero, non adquiram possessionem, nisi forte in nomine errauerimus, in corpore conservemus. L. 34. pr. D. de adquir. vel amitt. poss. Quatenus igitur scientia et animus sibi habendi subsunt in acquisitione possessionis: eatenus ipsa possessio adquiretur. Nec illud praetermittendum hoc loco, quod, si animo solo possideamus, licet alius in fundo sit, adhuc tamē possideamus. L. 3. §. 7. D. eod. Sed an possessio solo animo amittatur? de eo non anceps quaestio est. Clara sunt verba L. 8. D. eod. Quemadmodum nulla possessio adquiri, nisi animo et corpore potest; ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque negatur, que in contrarium actum est. Quod PAVLLI effatum principio VLPIANI, quod inculcat in L. 35. D. de R. I. confirmari videtur. Nimirum nihil tam naturale, quam eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est. Quid quod ipse PAVLVUS hoc opinionis suae fundamentum assignat in L. 153. D. de R. I. Sed contrariam sanctionem ha-

*An possessio  
solo animo  
amittatur?  
quod per L.  
8. D. de ad-  
quir. l. am-  
poss. negan-  
dum videris.*

habes in L. 3. §. 6. D. de adquir. vel am. poss. In hac obſtare vide-  
 enim disponitur, in amittenda possessione, affectionem eius,<sup>tur L. 3. §.  
6. D. de ad.</sup>  
 qui poffidet intuendam eſſe: itaque, ſi in fundo ſis, et tamen quer. l. am-<sup>qui. l. am-</sup>  
 nolis cum poffidere, protinus te amittere possessionem, igi-<sup>poss.</sup>  
 tur amitti et animo ſolo poſſe, quamuis adquiri non poſſe.  
 Plurimi non proletariae eruditionis viri in conciliandis his  
 textibus operam collocarunt, quorum omnium hic referre  
 ſententias nostri instituti non eſt. Rem non omnino con-  
 feciſſe videtur CVIACIVS, c) qui monet ad illud fere *Cuiacii opus-  
 nio.*  
 PAVLLI in L. 153. D. de R. I. adcurate adtendendum eſſe,  
 ſententiamque eſſe, fere quemadmodum cert. hoc eſſe verum  
 fere, non perpetuo, non ſemper, non uſquequaue. Sed  
 iam ab aliis obſteruatum eſt, Cuiacianam explicationem vix  
 ob contextus rationem nodum ſoluere. MERENDA igi-<sup>Merendae</sup>  
 tur d) alium conciliandarum legum modum tentauit: ex  
 cuius ſententia, vt PAVLLVS ſibi conſtet, in L. 3. §. 6.  
 illuſtratur ſola affectio eius, qui poffidet, et quaeri videtur,  
 poſſitne is, qui rem poſfidet, ſolo animo poſſessionem  
 amittendi eam amittere, ita ut factum turbatiuum aduer-  
 ſarii alicuius ex hac lege excludatur. Longe diuersa, fi  
 credas ANTONIO MERENDAE, eſt cauſa poſſessionis,

## D 2                    quae

c) in Quaest. PAPINIAN. L. 23. ad. L. 44. de adquir. vel am.  
 poss. §. quibus explicitis.

d) in Controu. Iur. L. 12. C. 24. n. 18. ſeqq. in quo capite  
 omnem hanc controuerſiam fuſius diſputat.

euae in L. c. 8. et L. 153. VULPIANI et PAVLLI sententia dirimitur, quum ICti his iuris locis de vi coactua disputent, quae si ita se habeant, dicendum, quod in hac ultima causa et animus derelinquendi, et factum contrarium concurrere debeant. Sed an vniuersales illae et absolutae voces L. 153. D. de R. I. nulla possesso: nulla amittitur hanc MERENDAE distinctionem recipient, doctiores videant. Mihi probantur ea, quae NICOLAVS de PASSE-

*Nicolaï de  
Passeribus opē-  
nio.*

RIBVS \*) VACONIVM A. VACVNA sequutus, illustrandae conciliationis gratia habet. Opinatur Vir doctus, solum animum ad possessionem amittendam sufficere, ita tamen, ut iisdem in contrarium actis amittamus; hoc agere vero in contrarium non fieri etiam corpore, sed solo animo, quod hunc in modum ab ipso illustratur. Modi, qui in acquirenda possessione interueniunt, sic in contrarium peraguntur. In acquirenda possessione volo possidere; in amittenda nolo possidere. In acquirenda adquirens mouet manus arando, seminando, fodiendo, et alia huiusmodi peragendo; in amittenda vero horum omnium contrarium efficitur, desinendo, et non arando, non seminando, non fodiendo. Quae NICOLAI de PASSERIBVS explicatio sat commoda videtur.\*\*) Ceteras concilia-

\*) in Concil. LL. Edit. Coloni. p. 571. n. 42. seqq.

\*\*) add. ea, quae exponit VINN. in commun. ad Institut. L. 4. T.

15. §. 5.

tiones, quarum non paucae sunt, tacemus, quia id non agimus, vt omnia expediamus, quae ad hanc amittendae possessionis controuersiam pertinent.

Quae ex possessionis iuribus enumerauimus, eo pertinent, vt ad ipsa seruitutum locus adcommodetur. Corpora proprie possidentur. Non possidentur vere ea, quae sunt incorporealia. Natura ergo seruitutum ea est, vt possideri non possint. PAVLVS in L. 32. §. 1. D. de S. P. V.

Idem tamen iungit, sed intelligitur possessionem earum habere, qui aedes possidet. Non igitur mireris, quid sit, quod Icti, qui per interpretationes suas tum publicarum, tum privatuarum rerum negotia moderabantur, veram possessionis naturam imitati, quasi possessionem iurium in primis seruitutum efformauerint, multis hoc consilio commodis introductis, quibus iura praediorum aucta sunt. Inter alia commoda non ultimi generis illud fuit, quod, quum in Libus decemuiralibus, ob formulam: *Vsus auctoritas fundi biennium, ceterarum rerum omnium annuus vsus efto*, qua tantum rerum corporalium habita ratio est, exclusa omnino usucapio rerum incorporalium fuerit, per interpretationem Iurisconsultorum, ipsa harum usucapio admissa est. Nota et trita apud humaniores Ictos

sunt ista CICERONIS PRO CAECINNA e) Aquaeductus,  
 haustus, iter, actus a patre; sed rata auctoritas harum re-  
 rum omnium a iure civili sumitur. In quibus quidem ser-  
 uitutum praediorum vrbaniorum nulla videtur mentio fa-  
 cta, vt igitur videri posset, harum vscapionem a pruden-  
 tibus non receptam fuisse. Verum primo loco moneo,  
 iura nobiliora, quae erant res mancipi, V L P. Fragm. T. 19.  
 §. 1. et ad eum locum SCCVLTING. per excellentiam nomi-  
 nari apud CICERONEM, quibus cetera non excluduntur; deinde  
 vero aqueductus, qui hic commemoratur, ad serui-  
 tutes, tam praediorum vrbaniorum, quam rusticorum per-  
 tinet. L. 18. D. de S. P. V. Verba: *iure civili*. V. C.  
 EVERARD OTTO f) sequutus POMPONIVM de or. Iuris  
 recte interpretatur per eam iuris partem, quae sine scripto  
 in sola prudentum interpretatione consistit. Ita introducta  
 vscapio seruitutum quomodo per L. Scriboniam fuerit  
 imminuta, res est adeo inter magnos viros agitata, illus-  
 trata, vt actum ageremus, si ea repetere vellemus, quae  
 habent praeter RAEVARD. ad L. Scrib. et conr. in histo-  
 ria vscapionum trigae libellorum de praescriptionibus  
 praemissa, clarissima Iurisprudentiae Lumina GALVA-  
 NVS g) et EVER. OTTO h). Quare historiam extinctae  
 vsu-

e) C. 26.

f) de Vscap. seruit. C. 2.

g) de Vsfrr. C. 12. p. m. 112. seqq.

h) l. c. §. 4. seqq.

vsu capionis feruitum eo tantum a nobis considerandam  
suscipiemus, quo doctrinam iuris romani de non vsu iuris  
praestare possit.

§. XVII.

Media Iurisprudentia sive, quam descriptionem con-  
cinnat GALVANVS, i) secretior quaedam, et non scripta le- *Ius mediae*  
gum decemuiralium interpretatio a prudentibus ad pru- *Iurispruden-*  
dentes traducta, \*) cabbala quadam iuridica tecta propaga- *tiae in Iustice*  
taque, noui juris per L. Scriboniam constituti, forsan im- *pione Servissiu-*  
patiens, non omnino, quae ab ipsa recepta erant, post *tum.*

istam legem inculta atque deserta passa est. Finge tibi  
grammaticam istam ICtorum nationem, coangustandarum  
legum ita studiosam, vt interpretationibus suis tantum ab-  
esse, vt legem in hac causa extendi pateretur, vt arctis  
ipsius verba limitibus circumscriberent. Belle hos mores  
nos docet POMPONIVS in L. 120. D. de V. S. Verbis in-  
quit, *legis XII. tabb. bis, vti quisque legassit sua rei,*

ita

i) l. c. C. 6. p. m. n. 8.  
\*) Non ignoro quidem PARDVLPHI PRATEII, HOTOMANI, PE-  
RIZONII, HEINECCII ceterorumque varias de epocha  
mediae Iurisprudentiae sententias; sed pro instituti ratio-  
ne GALVANI explicatio hic sufficere visa est, quia de in-  
terpretatione hic tantum agatur.

ita ius esto, latissima potestas tributa videtur et heredes  
instituendi, et legata, et libertates dandi, tutelas quoque  
constituendi. Sed interpretatione coangustatum est.  
Vide hic iurisprudentiam istam, quae interpretatione veterum  
constat. Multa iuris capita per eam incerta euadere, pri-  
uato arbitrio permittri, eoque fieri, ut praeter mentem legis  
nonnulla iuris speciem, vel induerent, vel retinerent, quilibet  
persuasum habebit. Ipsi romani, qui legum sanctitatem ve-  
rebantur, eiusmodi mores, quibus cavillosae legum interpre-  
tationes efficiebantur, saepius notarunt, et in laudibus SER-  
VII Sulpitii yberior cicero, k) eximii Iureconsulti vitam,  
cum

*Laus Serviti  
Sulpitii.*

k) Phil. VIII. C. 5. Mirifice hic locus illustrat L. 6. §. 2. D. Si  
seruitus vind. mentisque aequae, quam SERVIUS in in-  
terpretandis legibus praefitit, documentum dat. Con-  
tendebant prudentes, an per conuentioneum liceret domi-  
no praedii seruientis imponere onus reficiendi parietem.  
Gallus putabat non posse ita seruitutem imponi: sine  
dubio stricte inherens iuris principio, quod seruitus in  
faciendo non consistat. SERVIUS vero, eo quod, ut  
CICERO praedicat, quae proficisciabantur a legibus, et a  
iure ciuili, i.e. a veteribus prudentibus, semper ad faci-  
litatem acquitatemque referret, ad istum interpretandi  
rigorem parum pronis contentiobus aliquid tribuen-  
dum censuit, et illam, quae est de reficienda pariete  
admisit: cuius sententia evaluit.

cum ceterorum prudentia comparatam, ita patribus conscriptis commendat: Nec vero filebitur admirabilis quedam et incredibilis, et paene diuina eius in legibus interpretandis aequitate explicanda scientia, omnes ex omni aetate, qui hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerunt, si vnum in jocum conferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt comparandi. Neque enim ille magis iuris consultus quam iustitiae fuit. Itaque quae proficisciabantur a legibus, et a iure ciuili, semper ad facilitatem aequitatemque referebat; neque consti-tuere litium actiones malebat, quam controuersias tollere. Orator limatum, politum, humanum Seruium suum extollit, ita, vt, si quis orationis ipsius aequus velit esse aestimator, is studium interpretandarum legum, quo Sulpitius leges ad res priuatas applicabat, multum abesse ab interpretatione ceterorum ICtorum, quam colebant, videat. Tolle a Seruio Sulpitio eiusmodi interpretationes, quae menti legum fraudem faciunt, et habebis Ciceronianici, quem cit. loco laudat **TULLIVS**, absolutum ceterisque longe praestans exemplar. Ne autem haec a nobis inutili negotio disputentur, crediderim ego, in interpretanda lege Scribonia aequa atque in interpretandis legibus XII. tabb. sibi, et arti sua, veteres prudentes non desuisse, neque segniter in inuertendo iure, quo ius ab ipsa media iurisprudentia introductum multum detrimenti capere videbatur, elaborasse. Percenseat nobis **REPLI** **PAVLVS**,

*Lege Scribonia* cuius leges in hoc loco prae ceteris vfluuerint. Ita vero  
*ex veterum prudentium* ille in L. 3. §. vlt. D. de Vlurp. et Vluc. *Eam vſuſionem*  
*opinione conſiſtioſum tan-ſuſtulit lex Scribonia, quae ſeruitutem conſtituebat, non*  
*tum Seruitu- tum per la- etiam eam, quae libertatem praeſtat ſublata ſeruitute. Versu- psum t:mo- ris, non amif- ſio ſublata,*  
*Quare?* tiffimum ſane interpretandi genus: Scriptum erat, si quid in  
 re tam antiqua et ardua coniecturis eſt locus, de *Conſtitu- tione* ſeruitutis per auctoritatem vſus. Ieiuni in explica-  
 tione huius vocis non poterant eſſe iurisconfulti Sic  
 enim veteres iureconsultos animatos fuiffe, inter eruditos  
 conſtat. *Quid, inquit FABIVS* \*) non quaefatio iuris omnis  
 aut verborum proprietate aut aequi diſputatione, aut  
 voluntatis coniectura continetur? Idem \*\*) *Quae scripta*  
 ſunt, aut poſita in more ciuitatis nullam habent diſcūtatem.  
 Cognitionis ſunt enim non inuenitionis, at quae confuſo-  
 rum reſponsis explicantur, aut in verborum interpretatione  
 ſunt poſita, aut in reſi prauique diſcrimine. Vim cuius-  
 que vocis intelligere aut commune prudentium eſt, aut pro-  
 prium oratoris. Ita dupli ratione interpretationem ſuam  
 adornarunt. Primum de exſtinguenda ſeruitute per lapſum  
 temporis accedente non vſu, nihil in L. Scribonia cautum  
 eſſe clamabant: quod PAVLLI verba in L. cit. ſat docent.  
 Quum enim dixiſſet, L. Scriboniam vſuſionem, quae ſer-  
 uitute

\*) Instit. Orat. L. 2. C. 2.

\*\*) l. c. C. 3.

¶ 3; ¶

*uitutem constituebat*, sustulisse, premit vestigia per interpretationem, quae a media iurisprudentia proficisciatur, inhaerendo verbis: *non etiam eam, quae libertatem praefiat sublata seruitute.* Nimur illud *constituere* perficitur sola acquisitione per usucaptionem, non interitu. Vnde voces illae *constituere* seruitutem adeo familiares Ictis v. L. 9. et 10. D. de S. P. R. *Itaque, pergit, Si, quum tibi seruitutem deberem, ne mibi liceret altius aedificare, et per statutum tempus altius aedificatum habuero, sublata erit seruitus.* Per legem igitur Scriboniam id non effectum est, ut seruitutes non amitterentur per tempus. Neque consummati perfectique iudicii viri in eam interpretationem sine legis ipsius colore excurrebant. Nam quid prohibet suspicari, primam abrogandae usucaptionis seruitutum causam fuisse fauorem libertatis, quo a patriciis plebeii mirum in modum deludebantur. Certe, si cum præsca et originaria iuris condendi analogia rem contendrim, non temere et inconsulte haec statui, obseruo. Etenim ex hoc fonte multa promanarunt cultiora quae ut plurimum, in iure romano a iure naturæ alienissima a recentioribus iuris nostri interpretibus habentur. Celebrata est ista conuenionum in iure romano diuisio atque pars, omnino felici pragmaticaque luxuria exsurgens, leseque in suo ambitu, si spectes originem, arcte continens, tum extra principia, quae libertati superstruuntur, non excur-

rens, hoc modo, ut in libera republica, odiosum visum fuerit, quaelibet conuentionum vincula praeter ea, quibus vel utilissima, et quam maxime necessaria negotia inter omnes gentes visitatissima, vel conuentiones, ad statum reipublicae romanae aduentitium relatae continentur, recipere.

## §. XVIII.

*Continuatio  
argumenti.*

Itaque, si non omni, magna ex parte tamen causa L. Scriboniae vera et politica indagatione adolescet, si Scribonium, in roganda sua lege, seruitutem odium, quo a libertate romanae rei distat, allegasse censeamus. Conf. GALVAN. I) Reuerentia hoc modo libertati praestita, ipsius splendor etiam per iurisprudentiam interpretationiam constabit. Nam iureconsulti, peritissimi coangustandarum legum artifices, hunc ipsum libertatis honorem doctrinae suae deferebant, transacta ita interpretatione, ut introductam a se amissionem seruitutem per lapsum temporis retinerent, quae nimurum libera reddit praedia: hoc tamen discrimine, ut seruitutes praediorum rusticorum solo non vnu, seruitutes praediorum urbanorum accidente usucapione libertatis per biennium perirent, quam differ-

*Differentia  
inter praedia  
rustica, et ur-  
bana in ar-  
gumento  
amissionis per  
tempus*

I) de Vfusr. C. 12. p. m. 114. Non nego tamen simul et alias rationes latae Legis Scriboniae locum habere. Otto in Diff. cit. C. 2. §. 5.

rentiam **C A I V S** nobis ministrabit. Ille vero in L. 6. D.  
de S. P. V. Haec iura similiter, ut rusticorum quoque praediorum certo tempore non vtendo pereunt: nisi quod haec dissimilitudo est, quod non omnino pereunt non vtendo, sed ita, si vicinus simul libertatem usucapiat: veluti si aedes tuae aedibus meis seruant, ne altius tollantur, ne luminibus meorum aedium officiatur, et ego per statutum tempus fenestras meas praefixas habuero, vel obstruxero, ita demum ius meum amitto, si tu per hoc tempus aedes tuas altius sublatas habueris: alioquin, si nihil noui feceris, retineo seruitutem. Item, si tigni immissti aedes tuae seruitutem debent, et ego exemero tignum, ita demum amitto ius meum, si tu foramen, vnde exemptum est tignum, obturaueris, et per constitutum tempus ita habueris, alioquin, si nihil noui feceris, integrum ius tuum permanet. add. L. 18. §. vlt. D. quem seruit amitt. L. 18. D. de S. P. R. Ratio differentiae, quae mediae iurisprudentiae placuit, ut aliud illis visum in amissione seruitutum praediorum rusticorum, aliud in interitu De ratione  
huius differ-  
entiae dis-  
quiritur.

seruitutum praediorum urbani, magnos viros sollicitat. Ut ceteros taceam, v. c. ANTONIO SCHVLTINGIO, m) illa videtur simplicissima, quod rusticarum exercitium facto contineatur, atque inde usus earum dependeat, urbane vero, quae in superficie consistunt, non in mero facto

m) in Iurisprud. Anteiusi. p. 256.

*Constituta.*

tolent esse constitutae, sed simul per se necessario aliquid mutant, et nouant in aedibus vicini, nec solo facto, verum possessione retinentur. L. 20. pr. D. de S. P. V. Sed forsitan ita habueris. ICti procul dubio in iis, quae fuerunt res mancipi, ad quas iura praediorum rusticorum pertinebant, parum simplicis iuris naturae normam sequuti sunt. Stricte potius statuerunt, si quibus in aliis argumentis, certe in eiusmodi causis, regulam: nihil tam naturale esse, quam eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est. L. 35. D. de R. I. Vnde, quum agendo, et facto constant seru. p. r., naturale ex stricta iuris interpretatione ipsis visum, solo non facto has ipsas seruitutes perire. In urbanis vero, quae non erant res mancipi, usucapio libertatis, si amitti deberent non visu, ipsis placuit, quae cum iure naturae magis cohaerere videtur. Quod vero THOMASIVS n) et V. C. EV. OTTO o) usucaptionem libertatis nonnumquam rusticis seruitutibus adcommendandam censem, id, si species ius Digestorum, aegre concesserim; licet non negauerim, IVSTINIANVM, quod demonstrabo, ita immutasse ius vetus, ut tum ad seruitutes rusticas, tum ad urbanas usucaptionem libertatis adtemperarit.

## §. XIX.

n) in D. de seru. sillic. §. 23.

o) in D. cit. C. 1. §. 12.

## §. XIX.

Primum caput interpretatiæ iurisprudentiae, quod est de amissione seruitutum per non vsum retulimus. Proximum erit, vt quid praeter non vsum ex pristino iure ICti retinuerint, post L. Scriboniam videamus. Locus est PAVLLI R. S. L. I. T. 17. §. 2. insignis, atque magnorum virorum disputationibus sat celebratus. Seruitus, inquit ICtus, haurienda aquæ, vel deducenda biennio omessa intercidit, et biennio usurpata recipitur. Videtur PAVLLVS parum hic sibi, et iuri, quod post Legem Scriboniam doctrinam de usucapione regebat, constare. Ipse enim in L. 14. pr. D. de seruitut. sese iuri Scribonio hilce verbis mancipat: *Seruitutes prædiorum rusticorum, etiam si corporibus accedunt, incorporales tamen sunt, et ideo usum non capiuntur.* Consentit CAIVS in L. 43. §. 1. D. de adquir. rer. dom. his verbis: *Incorporales res traditionem, et usucaptionem non recipere manifestum est.* Qui fit vt PAVLLVS, cuius aetate ius Scribonium vigebat, eius immemor, sibi ipse contradicere videatur, dum biennio usurpatam seruitutem recipi sententiis suis nobis inculcat. Tentauere rem multi, vt ex his angustiis liberi euaderemus. Magnus CVIACIVS p) de illa seruitute ducendae aquæ, quæ in eo erat, vt amitteretur, retinenda hic agi,

*Locus Pauli  
difficilis eno-  
datur.*

*Sententiae  
Cuiacii*

p) ad L. 4. §. vlt. D. de Usurp. et Usurp. C. M. ab exi-

existimat. Sed qualis sit cultus, quo tantum nomen veneramur, vix hanc interpretationem admittere videtur vox recipere, quae postulat sibi amissam penitus seruitutem, non eam, quae in eo est, ut amittatur. In aliam senten-

*Iani A Costa.  
Schultingii.*

diam iuit IAN. A COSTA, q) qui putat PAVLLVM illud docuisse, quod iure ciuili inductum fuerat, cuius sententiae subscribere videtur SCHULTING, r) qui PAVLLVM de eo, quod iure ciuili inductum fuerat, verbo, de iure, quo ante L. Scriboniam seruitutes vsucapiebantur, pronunciasse, illudque quasi suis sententiis interkalasse autumat. Parum abesta vero humanissimus ille, cui orbis litterarius maiorem illustratarum seruitutum partem debet, Iureconsultus, quique in hoc arguento ceteris omnibus palmam facile praeripit M. A. GALVANVS, s) qui ad PAVLLI locum concinne reponit, cum loqui non de noua seruitute adquirenda, sed de veteri recuperanda per usucaptionem: rem nimurum facile reuerti ad pristinam conditionem. Dicemus nostram sententiam, praeceunte ipso IULIO, quam B. L. aequi bonique consule scripsit ille in L. c. 3. §. vlt. D. de Usurp. et Usuc. FAM usucaptionem sustulisse legem Scriboniam, quae seruitutem constituebat. Obser-

*Noua conie-  
ductura.*

q) ad §. 3. Inst. de reb. corp. et inc.

r) in Iurispr. Anteius. p. 256. 257.

s) de Usfr. C. 12. n. 4. p. m. 114.

XII 42

terua verba: *eam* vsucaptionem, et *vocem constituere*,  
e cogita interpretes coangulandae legis studioſos. Nimirum  
*ea* vsucapio sublata erat per legem Scriboniam, quae *conſtituebat* per modum recentis adquisitionis seruitutes, sed  
*reſtauratio* non erat prohibita expressis verbis. Suspicio  
igitur interpretationem grammaticam huius ipſius vocis ita  
conſtructam fuisse a veteribus prudentibus, ut recuperationem  
seruitutis amissae per biennium, non sublatam per  
legem Scriboniam dicerent, prisci iuris studiosi eiusque  
immutationem aegre ferentes. Quae si ita se habent, non  
opus est, vt cum SCHVLTINGIO, IULIVM hic iuris ve-  
teris iam abrogati mentionem fecisse putemus. Potius  
prodidit PAULLVS nobis caput insigne interpretatiæ iuris-  
prudentiae, conſeruatae per vñum post legem Scriboniam,  
qua veteres prudentes conspicui erant, quaue effectum  
est, vt, quum tantum cautum esset, in L. Scribonia de  
*constitutione* recentis seruitutis per vsucaptionem, non de  
*reſtauratione* per hunc modum, ipsa recuperatio, sub-  
lata esse non videretur. Ut omnia concludam, secundum  
caput; quo media iurisprudentia in interpretanda lege Scri-  
bonia erat negotiosa, recuperatione seruitutum amissarum  
excreuit, commendatumque fiat. Neque me mouent,  
quae habent AGGENVS VRBICVST) et PAPIA-

t) Comment. in Frontin. de Limit. agror. p. 53.

F

XXX

NVSV). Licuit enim iis forsan ius ignorare, et vnioco verbo  
iis satisfactum erit, si dixeris, illos, licet grauissimos auto-  
res, vel de seruitute non agere x), vel tempora et iura  
confudisse, quod eo facilius accidere poterat, quum post  
L. Scriboniam is, qui longo tempore, non vi, clam vel  
precario vsus erat seruitute, vtili actione a praetore adiu-  
tus fuerit. L. 10. D. si seru. vind. atque proinde auctores  
non semper in iuribus praediorum curiosa inuestigatione  
ius praetorium, ius legis Scriboniae, et ius, quod secun-  
dum regulas mediae iurisprudentiae, subtiliori quadam  
ratione, tralatitiis moribus, de manu prudentis in manum  
quasi prudentis traditum propagabatur, distinxisse.

§. XX.

Habes ius mediae iurisprudentiae, secundum quod  
non vsus seruitutis, certis sub adiunctis, quae exposui-  
mus, per modum temporis biennalis, ipsius amissionem  
produxit. Qualis hic debeat esse non vsus, an totius an  
partis sufficiat, postea videbimus, difficult illa; quaestione,  
quae in rerum vsu versatur, cum disputatione nostra con-  
ciliata, an et quatenus ab imperatoribus ius mediae iu-  
risprudentiae vel conseruatum vel immutatum fuerit?

Nam

v) Responfor. Tit. 18.

x) SCHVLTING. ad PAVLLVM L. 1. Sent. T. 17. §. 2. p. 257.

IV. OTTO D. c. C. 2. §. 6.

43

Nam et hac probe exculta, causa coenobii multum pro-  
ficiet. An ius me-  
GALVANVS y) locuples huius argumenti index  
dine jurispru-  
coontendit, vetustissimum ius mediae jurisprudentiae con-  
dentiae ab  
stanter sub-imperatoribus suisse retentum, non solum quo-  
imperatoribus  
ad modum, sed et quoad biennale tempus, amittendi fer-  
seruatum.  
uitutes urbanas, vel rusticas. Sed eleganter hic de teme-  
Galvano ita  
raria TRIBONIANI manu inter doctos quaeritur. Siqui-  
videtur.  
dem ita TRIBONIANVS suscepit negotium componen-  
darum Pandectarum ex immensis istis veterum prudentum  
voluminibus, quae ante ipsum adtingere nullus audebat,  
non magis, quam Sybillina, ut multa ad sui temporis mo-  
res et recepti iuris usum adcommodaret, et eo nomine  
mutaret, et transformaret veterum scripta, iisque adde-  
ret, detraheret: ut iam obseruante FRANCISCO BALDV-  
INO z) non tam Vlpianus aliquis, quam Iustinianus ipse  
loqui videatur. An quid in hoc argumendo interpolauit?  
Cogitans futuram immutationem, quae iure Codicis sequu-  
ta est, omisso biennio, quod veterum prudentum scripta  
habebant, quum ageretur de amissione seruitutum per non  
usum, loco istius biennii posuisse videtur Giphanio, Fr.  
Baldinō, et Duarenō statutum tempus, aut similia, quae  
aequipollent verba. Ita in L. 6. D. de S. P. V. ego per

fla-

<sup>y)</sup> de Vlfr. C. 41. p. m. 645.

<sup>z)</sup> in Iustiniano suo edit. Gundling. p. 202

*statutum tempus fenestrar̄ meas praefixas habuerō, porro  
per constitutum tempus ia habueris, et in initio huius  
legis: haec iura similiter ut rusticorum quoque praediorum  
certo tempore non vtendo pereunt.* Eadem loquutio in  
L. 32. §. 1. D. de seru. p. V. quae talia prodit: *Libertas  
seruitutis usucapitur, si aedes possideantur: quare si is, qui  
altius aedificatum habebat, ante statutum tempus  
aedes possidere desit, interpellata usucatio est, et in L. 19.  
§. 1. D. quem. seru. am. Si per fundum meum viam tibi le-  
gauero, et adita mea hereditate, per constitutum tempus  
ad amittendam seruitutem ignoraueris eam tibi legatam esse,  
amittes viam non vtendo.* add. L. 6. D. eod. L. 34. §. 1.  
D. de seru. P. R. Sed reprobat hanc sententiam BYN-  
CKER SHOECK. \*) Redeamus ad GALVANI doctrinam,  
quam de iure Iustiniane nobis exponit. IUSTINIANVS  
edidit 531. constitutionem in L. pen. C. de seru. et aq.  
qua de omniaibus realibus seruitutibus cautum fuit, eas  
amitti non vtendo, aut per decem annos inter praesentes,  
aut viginti inter absentes verb. *ut omnes seruitutes non vtend-  
do amittantur.* Ex quibus vilum GALVANO, quod,  
quum antea eo distarent urbane ac rusticae seruitutes,  
quod illae contraria usucapione tollerentur, hae vero so-  
lo non usu extinguerentur, dici forsitan possit, velle Im-

pe-  
\*) Obseru. L. 7. C. 19.

peratorem hodie eas omnes amitti *non vtendo*, nec urba-  
nas libertates hodie vſucapi posse, quum in illis cefset  
vſucapio, quae amittuntur non vtendo, secundum antiquam  
regulam iuris apud P A V L U M /entent. L. I. T. 18. Idem  
vero G A L V A N V S p. 646. longe a priori diuersam senten-  
tiam, deserens quae dixit, proponit: ita explicando ver-  
ba: *non vtendo*, vt cum iis conferat C A I V M in L. 6. D.  
de seruit. P. V. qui hunc in modum non vſum de interitu  
seruitutum praedicat: *haec iura similiter vt rusticorum,*  
*non vtendo* pereunt, iuncta mox diffimilitudine: vti fu-  
fius res a nobis §. 18. exposita est. Hinc concludit <sup>Hinc Iustinianus versus discrimen seruauerit.</sup> R E L I V S et hodie vigere antiquum discrimen urbanarum  
ac rusticarum seruitutum, et urbanarum libertatem vſuca-  
pi posse, verbo I V S T I N I A N V M in hac re conservasse  
ius mediae iurisprudentiae. Haec est G A L V A N I sententia:  
An omnino adcurate, an minus adposite ad vſucaptionis  
Iustinianeae partem ICtus commentatus fuerit, quidque  
mihi videatur, negotium est, cuius vberior explicatio ne-  
que insuavis, neque inutilis erit.

## §. XXI.

Res altius repetenda vſusfructus per ius vetus amit-  
batur, si quis eo *non vſus* esset, anno rei mobilis, bi-  
ennio rei immobilis. P A V L U S Recept. Sentent. L. 3.

F 3 T. 6

T. 6. §. 30. Communem igitur hic amittendi usumfrus-  
tum et seruitut. praed. rust. habemus, modum, quem  
merito GALVAN. a) ad mediae iurisprudentiae ius refert.  
Aliter tamen haec amissio ususfructus videtur comparata per  
dispositionem §. 3. Inst. de usufr. qua cauetur, ut ususfruc-  
tus amittatur *per modum et tempus*. Vexatissimum  
esse hunc locum erudit norunt, aliis haec verba *per mo-  
dum temporis* sc. non usum anni vel biennii, aliis vero ex  
parte per modum praescriptum ab ususfructario non ob-  
seruatim, interpretantibus. Plurima, me iudice, puncta  
in hac controversia fert GALVANVS, b) qui suspicatur, aut  
*Explicatio  
§. 3. Inst. de  
usufr.*

potius contendit, verba Inst. *per modum et tempus*  
esse accipienda pro non usu per tempus, accidente usu-  
cacione libertatis. Sacratissimus enim imperator noster  
ius vetus, ex cuius institutis ususfructus non usu amitt-  
ebatur, vel anno vel bienio immutauit in L. 16. C. de  
Usufr. et Hab. in qua praemisso multiplici modo corrum-  
pendi ususfructus apud veteres, ad quem non usum refert,  
ita pergit: *Sed nos decidentes sancimus, non solum actionem,*  
*quae de ususfructu nascitur, sed nec ipsum usumfructum*  
*non utendo cadere, nisi tantummodo morte ususfructuarii,*

An LL. Dig.  
in h argu-  
mento a Tri-  
boniano tem-  
po

VAT 768 ?

a) p. m. 648.

b) de Usufr. C. 41. n. 12. p. m. 651.

et

47

et ipsius rei interitu: Sed usumfructum, quem sibi aliquis adquisivit, hunc habeat, dum vivit, intactum: quum multae et innumerabiles causae rebus incident mortalium, per quas homines iugiter retinere, quod habent, non possunt, et est satis durum, per huiusmodi difficultates amittere, quod semel possessum est, nisi talis exceptio usumfructuario opponatur, quae, etiam si dominium vindicaret, posset eum vel praesentem vel absentem excludere. Manifestum est, his ultimis verbis indicari usucaptionem libertatis, si v. g. proprietarius usuciperit libertatem ususfructus, et in possessionem ipsius ususfructus peruenitur, adiuncto temporis lapsu. Modus igitur, qui in Inst. coniunctus habetur cum non usu, erit ipsa usucatio libertatis. Nam cit. L. 16. C. de Usufr. et Hab. prodiit 530, prior Institutionibus, quae publici iuris factae sunt demum 533. Quare TRIBONIANVS in componendis Institutionibus non poterat non cogitare iuris veteris per adlegatam constitutionem Codicis prisci iuris mutationem. Noua haec de usufructu amittendo per tempus Iustiniani sanctio viam ad interiora doctrinae de amittendis seruitutibus penetralia nobis patefaciet. Introducta enim a Iustiniano usucaptione libertatis, eaque ad amissionem ususfructus per tempus, praeterquam quod nouissima diuali sanctione hodie omnium rerum ususfructus uno et eodem annorum

*Nouum ius  
Iustinianum.*

spa-

spatio, nulla habita rerum mobilium et immobilium differentia, decem aut viginti annorum decursu extinguitur L. vlt. C. de Praescript. long. temp. L. 13. D. de seruit, et aq. adhibita, quaeritur, an ius mediae iurisprudentiae in amissione seruitutum realium conferuatum fuerit, siue an discrimen inter seruitutes praediorum rusticorum, et illas, quae sunt praediorum urbanorum, ut illae solo non vsu, hae non nisi accidente v lucapione libertatis amittantur, hodiernum vsuueniat. Discrimen hoc in ammissione seruitutum realium, a Iustiniano non sublatum fuisse contendit, vt dixi, GALVANVS l. c. BALDVINVS c) vero obliterauit, quod Iustinianus statuit de amittendo vsufructu, ad seruitutes praediorum rusticorum pertinere voluisse, quae demum dicantur recte amitti non vtendo, hoc est, sola eius, cui debebantur, cessatione, etiamsi is, qui feruit, nihil agat, vt libertatem v lucapiat. Vix ac ne vix quidem haec praeclari et eruditii ICTi ex recentiore Iure Iustiniane admiserim. Etenim constat ex iis, quae a me dicta fuere, ad amittendum vsumfructum per non vsum, et tempus, accedere debere hodie v lucacionem libertatis: doctrinae vero ipsius de amittendo vsufructu per v lucacionem libertatis, coniunctam cum temporis decursu, extensionem a Iustiniano fuisse compositam, id probatum legalibus argumentis dabo.

§. XXII.

e) in Iustiniano p. 139.

## §. XXII.

Postquam **IUSTINIANVS** 530. nec ipsum usum fructum non vendo cadere, sed ad non usum vocationem libertatis adiungi decreuit per L. 16. C. de Usufr. et Habit. hanc ipsam sanctionem 15. Kal. Nouembr. 531. per L. 13. C. de Seruit. et aq. extendit ad omnes seruitutes. Operae pretium erit, totius decisionis verba recensere: Illa vero:

*Sicut usumfructum, qui non vendo per biennium in soli rebus, per annale autem in mobilibus vel se mouentibus diminuebatur, non passi sumus huiusmodi sustinere compendiosum interitum, sed ei decennii, vel viginti annorum dedimus spatium, ita et in ceteris seruitutibus obtinendum esse censuimus, ut omnes seruitutes non vendo amittantur non biennio, quia tantum modo soli rebus annexae sunt, sed decennio contra praesentes, vel viginti spatio annorum contra absentes, ut sit in omnibus huiusmodi rebus causa similis, explosis differentiis.*

Pauca ad illustriores huius legis partes commentabimur, ut de *Iustiniani* mente et consilio nobis constet, quo uestigato, facili negotio, quaestione illam, an in amittendis seruitutibus ius mediae Iurisprudentiae ab Imperatore nostro conseruatum sit, prout **GALVANVS** rem exposuit, an mutatum illud habeamus, nobis facilem pronam-

*Continuatio  
per expositam  
iuris noui  
historiam.*

*Commentatio  
ad L. 13. C.  
de Seru. et aq.  
Quia vetus  
ius mutatus  
et quomodo.*

G

que

que efficiemus. Primum verba legitima ad parandam similitudinem vſusfructus perimendi, et feruitutum realium amittendarum per temporis decursum tendere nemo negabit, qui ad haec ipsa verba attendit. Deinde non tantum doctrina Iustinianea, quae introducta est iure recentiori, et quae spectat decennium vel vicennium, quo vſusfructus non vtendo amittitur, ad feruitutes reales extensa est hac sanctione, sed etiam modus, qui non vſum iure recentiori temperat, ad feruitutes reales adcommodatus est, quod pluribus argumentis euincit. *Imo* considero vocem initialem *Sicut*, quae neque temere hic ab Imperatore vſurpata est, neque abundat. Significat enim *eodem modo*, quo vſusfructus per non vſum decennio, vel vicennio amittitur, et ceteras feruitutes amitti debere. Hic modus autem ante latam legem 13. C. de feru. et aq. in L. 16. C. de Vſufr. et Hab. iam statutus erat, qua cautum, ne vſusfructus solo non vſu amitteretur, sed demum eo non viu, qui sibi adiunctam habeat libertatis vſucaptionem. Quae ergo in L. 13. C. de feruit. et aq. de non vſu disponuntur, ita intelligenda, vt ponatur non vſus coniunctus cum libertatis vſucaptione, vti et caius in L. 6. D. de Seru. P. V. dicit, iura praediorum vrbaniorum similiter, vt rusticorum quoque praediorum certo tempore non vtendo perire. Itaque feruato modo et tempore, quo vſus-

vsusfructus non vtendo amittitur, eodem modo, et tempore, ceteras seruitutes amitti debere vult **I V S T I N I A N V S.** Quod *2do* confirmatur per verba, quae nullum interpretem desiderare videntur, *vt sit in omnibus huiusmodi rebus causa similis.* Si causa vtique in amittendis seruitutibus, de quibus in allegata lege quaestio est, similis esse debeat, recte dixeris, vsucaptionem libertatis, quae ex iure priori amissionem vsusfructus per vsucaptionem libertatis non vtendo moderatur, aequo ex decisio-*nē L.c. 13. C. de seru. et aq. ad omnes seruitutes, per non vsū amittendas, pertinere. Et quid dubitemus? quum *30* conclusio eiusmodi est: *explosis differentiis.* Respxit, quod augurari licebit, diuus legislator ad differentias seruitutum, quatenus hac ipsarum amissionem spectabant. Nam in nostra lege agitur de amissione seruitutum per tempus, et per non vsū, et quam maxime olim inter se seruitutes, si quid de ipsarum amissione per non vsū et tempus statuere velis, differebant; quum vsusfructus ex interpretatione veterum solo non vsū amitteretur, aequo ac seruitutes praediorum rusticorum, quae non vsū solo extinguebantur, praediorum urbanorum iura, ceu fusi id demonstratum dedimus, non solo non vsū accedente demum libertatis vsucaptione perimerentur. Exploduntur igitur in amittendis seruitutibus per nostram legem differentiae; quae de ammissione vsusfructus cauta et*

sancta, valent de ceteris seruitutibus; iure recentiori  
 non solo non vſu vſusfructus amittitur, sed demum  
 si accesserit libertatis vſucapio, haec libertatis vſu-  
 capio per ipſam legem 13. C. de feru. et aq.  
 non est sublata, quae non appetat correctoria, et in his re-  
 bus omnibus similiſ debet eſſe cauſa. Ex quibus omni-  
 bus ſequitur, vt non tantum vſusfructus per ſolum non  
 vſum hodie non amittatur, ſed nec ceterae seruitutes. De-  
 dum id 4to adiungo, quod in L. 13. non de iuribus praed-  
 iorum ſolum, ſed etiam de seruitutibus cuiuscumque ge-  
 neris eodem, quo de amittendo vſusfructu cauatum eſt  
 modo, diſponitur. Verba enim: *ita et in ceteris serui-  
 tutibus obtinendum eſſe censuimus:* porro *omnes serui-  
 tutes,* nec non illa: *vt fit in omnibus huiusmodi rebus  
 similiſ cauſa, exploſis differentiis ſanctionis legalis,* qua  
 ſimilitudo inter amissionem vſusfructus et interitum cete-  
 rarum seruitutum per non vſum introducitur, reſtrictio-  
 nem ad certum seruitutum genus non patiuntur. Quae,  
 quam ita ſint, prona erit conculſio, hodie per ius nouum  
 ad vetus illud mediae iuriſprudentiae addicti eſſe, diſ-  
 ſentiāque inter seruitutes praediorum ruficorum et praed-  
 iorum urbanorum, qua illae olim ſolo non vſu, hae non  
 niſi adiuncta libertatis vſucapione amittebantur, eſſe ſubla-  
 tam. Et quantumcunque fit, quod GALVANVS in historia  
 amit

amittendarum seruitutum per non usum praestitit; legum auctoritas tamen, qualis hic exposita est, ab ipsius sententia, quae mediae iurisprudentiae conseruandae fauet, discedere nouamque sententiam iuri Iustinianeo vindicare me cogit. Imo hodie ad extinguendum ius aliquod, quod exercitio retinetur, et iure seruitutis censetur v. gr. ius venationis, piscandi, lignandi (de extinguendis actionibus enim hic non quaero) non sufficere non usum, sed non usum, numquam usucaptionem libertatis, qua quid contra libertatem eiusmodi iuris agitur, ab hoc non usu ob induitum confortiam, sciungi in amittendo iure debere pertauerim.

*Iure novo ad amissionem seruitutum per sublatu veteri discrimine, usucapio libertatis requiri.*

### §. XXIII.

Sed, ne quid temere praetermittamus, cur IUSTINIANVS discriminis huius inter seruitutes praediorum urbanorum, et eas, quae sunt praediorum rusticorum, sublati auctor factus ante ipsam Digestorum compilationem, noui sui iuris parum memor in LL. Dig. quas in §. 18. commemorauimus, discriminis istud retulit? Annon discriminis inter praediorum rusticorum et urbanorum seruitutes, si id tempore compilati veteris iuris, sustulisset, in LLbus Dig. exsulare iussisset. Breibus rem expedire licebit. Primum, qui ita argumentatur, non tam mihi, quam Iustiniano reponit. Deinde paucis probatum dabo,

G 3

Im:

Imperatorem nos subinde ita animatum habere, ut, quum legibus, ex quibus codex compositus est, ius vetus reprobasset, vel mutasset, hoc ipsum tamen non semper in Digestis, quorum compilatio postea prodiit, expunxerit. Paucis tantum exemplis hanc **IUSTINIANI**, vel, si maius **TRIBONIANI** mentem illustrabimus. L. 1. Comm. de Leg. lata a **IUSTINIANO** 529, igitur antequam Digesta prodierunt, qua discrimen inter vindicationis, et damnationis legata sublatum est: discriminis tamen huius veteris vestigia prostant in L. 19. Dig. de Leg. 2. Iure veteri manumissus, nisi triginta annis maior esset, non siebat ciuis romanus latinam tantum libertatem consequutus. Huius aetatis rationem ex iure abstulit **IUSTINIANVS** in L. 2. C. Commun. de manumiss. superstitibus vestigiis veteris iuris in L. 13. §. 5. D. de statu lib. et in L. 46 D. de manumiss. test. An. 530. idem imperator in L. vlt. C. de Collat. aduentitii peculii collationem sustulit, relicto veteri iure in L. 1. §. 7. D. de Collat. dot. Plura, quae sunt huius argumenti, sollicite collegit primae classis ICtus F. R. **BALDVINVS.** \*) Ego in iis, quae ministraui, subsisto, quoniam ipsis satisfactum credo obiectioni, quae contra sententiam meam ardornari posset. Omnia eo redeunt. Non insolitum fuit **IUSTINIANO** nostro mutare iura vetera, et ipsorum horum iurium vestigia, atqne decisiones

\*) in **IUSTINIANO**.

relinquere. Quamobrem sententiam meam minime demisi per vestigia differiminis antiqui inter praediorum rusticorum, et praediorum urbanorum seruitutes, quod ad ipsarum interitum per non usum temporis pertinet, considerim.

#### §. XXIV.

Nobilissimo isto non usus decennalis vel vicennialis loco, quo amissio seruitutum vel similium iurum continetur, cum usucapione libertatis comparato, restat, ut ad ipsum non usum accedamus. Propius rem tetigisse iuuabit, si dispiciamus, an per non usum partiale iuris pars, qua non vni sumus, De usu partiali seruitutis, et an per roris tota, atque integra seruitus conseruetur. Quae quae-  
stio ea ipsa est, a cuius decisione coenobii nostri causa pen-  
det. Diximus enim eos, qui redditus coenobii admini-  
strant, per longum tempus, forsan ob ligni copiam sat  
abundantem, in determinato quanto, quod septem plau-  
stra onusta non excederet, substitisse. Non pauca sunt, *Argumenta*  
qua iuri coenobio concessio insigniter detrahere videntur. *aff.*  
Sicut enim per usum iuris temporalem illud adquiritur, contrario modo id per non usum etiam temporalem pro ea parte, qua non vni sumus, expirare vix dubitaueris, si quae regulae veteribus fuerunt sanctae, consideraueris  
L. 35. D. de R. I. sapienter plane ac proprie: nihil tam na-

turale est, quam eo genere quidque dissoluere, quo colligatum est. Quod, si verum est, quum vnu adquiratur ius, et non vnu faltem partiali partem, qua non vnu sumus, amitti, iustum et naturale erit. Neque dissentient ceterae leges, quae hanc doctrinam stabilire videntur. L. enim 25. D. qu. mod. vnufr. amitt. expresse pronunciat, placere vel certae partis vel pro indiuiso vnum fructum non utendo amitti. Quibus accedit L. 5. D. de vnufr. in verb. vnufructus ab initio pro parte indiuisa, vel diuisa constitui et legitimo tempore similiter amitti potest: add. L. 14. L. 20. D. qu. mod. vnufr. am. Qua ratione STRYCK d) contendit, amissionem iuris quidem ipsius non vnum totalem requirere, attamen priuationem eatenus sibi locum vindicare posse, quatenus quis aliqua parte negligens fuerit. Quid quod idem STRYCK. (l. c. n. 47.) quum de bona fide in hac amissione quaesuerit, si seruitute, seu iure pasendi, iure venandi per 10. annos in alieno non vtar, hoc me amittere putat solo temporis lapsu: libertati enim hic esse fauendum; in cuius fauorem is, qui tanto tempore non vtitur, remisisse ius suum censeatur. Addo et illud, quod per diuturnam praeastionem ligni, semper sibi constantem, semper sibi septem tantum plaustris onustis vniiformem, pactum tacitum de remittendo effectum esse non inique videri posset. Non enim ambigitur, eum, qui per lon-

d) in D. de non vnu iuris quaesiti C. l. n. 38.

gum

gum tempus pro decem soluit annuatim quinque, per hoc ius illud praescribere, ita ut in posterum, non nisi quinque annuatim soluere teneatur arg. L. 13., et 17., §. 1. D. de Vsur. L. 5. C. eod. L. 3. C. de epoch.

### §. XXV.

Sed cuiuscumque ponderis, et momenti haec sint, quibus concluditur illum, qui iure suo pro parte tantum, et per longum tempus vtitur, hunc solam partem, quae usus fuerit, conseruasse, ceteras partes amisisse; non tanti tamen ea haberem, quanti ista, quae usui partiali servatori totius iuris subueniunt, quibusque facile euinci poterit, hunc, qui vtitur pro parte iure suo, eum totum ius retinere, licet haec conseruatio rite temperari debeat. Nam de feruitutibus, quarum per partialem usum incorruptam integrumque naturam hic vindicabimus, veteres ICTi in plurimis locis, ea tradunt, quibus conseruatio totius feruitutis per usum partialem adstruitur. *Quaeritur, inquit VLPIANVS in L. 18. D. de S. P. R. an si per unum usum integrum fundum iero, per alium non per tantum tempus, quanto feruitus servatur.*

*Per partialem usum integrum feruitus servatur.*

amittitur, an retineam feruitatem? et magis est ut aut tota amittatur, aut tota retineatur. Ideoque si nullo usus sum, tota amittitur: si vel uno, tota servatur, et PAVLLVS in L. 8. §. 1. qu. feru. am. Is qui per partem itineris it, totum

*tum ius usurpare videtur.* At quid ad L. 25. D. quem.

*vſusfr. amitt. in qua dicitur, placere vel certae partis*

*Quod probatur per indiuiduam seruitutum cauſam.* *vſumfructum non vtendo amitti, reponemus?* Ut huic lo-

*co fatisfaciamus, orationem ad insignem istum indiuidua-*

*rum seruitutum locum traducamus, quatenus is conserua-*

*tioni totius iuris inseruit, necesse est, ex quo de vſu par-*

*tis, quo totum ius seruitutis conseruatur, eo melius*

*nobis constabit. Vſusfructus in iure diuiduuſ habetur,*

*caeterae seruitutes sunt indiuiduae L. 19. D. de Vſu, et Ha-*

*bit. L. 7. D. ad L. Falcid. L. 5. D. de Vſusfr. L. 14. L. 25.*

*D. quem. vſusfr. am. L. 1. §. 9. D. ad L. Falc. L. 6. §. 1. D.*

*Comm. praed. L. 8. §. 1. L. 11. D. de Seruitutibus,*

*L. 81. pr. D. ad L. Falcid. add. cviac. e).* De ratio-  
ne differentiae inter vſumfructum, et ceteras seruitutes,  
non vna exſtat doctorum opinio. Vir doctissimus, quem  
adlegauimus, ita ad L. 5. D. de Vſusfr. in Quaest. Papin.

*rem exponit: Frui eſt fructus percipere, quae res diuisionem*  
*recipit: poſſum enim partem fructus capere, partem non*  
*capere; hinc fit, ut quum aliae seruitutes ſint indiuiduae,*  
*haec vna ſit diuidua, quae vſusfructus dicitur, aliae omnes*  
*seruitutes, ſiue ſint hominum, ſiue praediorum, ſunt indi-*  
*uiduae. Cur? quia in utendo conſiſtunt, et vſus ſua na-*

*tura*

e) in Quaest. Papin. ad L. 16. D. ſi seruit. vind. ad L. 5. de

Vſusfr. ad L. 7. ad L. falcid.

59

*pura individuus est: breuiter ceterae seruitutes in utendo  
consistunt, ususfructus in frundo.* CASTILLO f) qui *Io de Castillo,*  
überius huius quaestionis inuestigatione occupatur, eodem  
fere modo verissimam differentiae rationem inter alias  
seruitutes et usumfructum esse autumat, quod ceterarum  
seruitutum utilitas, et commoditas in usu tantum consi-  
dit, siue usu solo terminetur, omnes seruitutes censean-  
tur individuae, quia usus earum dicitur individuus in L. 17,  
D. de Seruit. ususfructus vero non terminetur solo usu,  
sed in fructibus, siue in corporibus fructuum potissimum  
consistere, quae diuisionem recipient; unde quum fru-  
ctus diuidui sint, et partes recipient; et usumfructum  
ipsum iudicari diuiduum. Ipse vero CASTILLO in seqq.  
n. 21. cet. sententiam suam temperat ita, vt ius ipsum  
ususfructus, sicut ceteras seruitutes dicat individuum, qua-  
tenus vero actualem fructuum perceptionem designat ipsum  
esse diuiduum. Aliter tam arduae quaestionis illustratio-  
nem tentat IOANNES YANEZ PARLADORIVS, g) qui *Io. Yanez Par-  
ladorii.* non indocta diligentia sua ad illam pro virili confert, nos  
docens, seruitutes ob id non recipere diuisionem, non qui-  
dem, quia incorporales sint, nam et usumfructum incor-  
poralem esse, et tamen diuisionem recipere, sed idecirco

qui-

f) de Usfr. L. 1. C. 31.

g) Rerum quotid. L. I. C. 6.

h) l. c. n. 6.

H2

quidem seruitutes diuisionem non recipere, quia in facto consistant, quod diuidi nequeat. Ipse PARLADORIVS<sup>b)</sup> verissimam, ut ipsius verbis utar, discriminis inter vsumfructum et ceteras seruitutes rationem deprehendisse sibi videtur, illam scilicet, quia in usufructu fructus, qui res est corporalis, et diuidua, principaliter insit, usus vero accessorie, in aquaeductu vero per contrarium, ductus, qui est facti, et indiuiduus principaliter insit, aqua vero per accessionem. Praeter horum industriam latebrosum indiuiduarum seruitutem argumentum expertum est ARNOLDI VINNII<sup>i)</sup> sollertia, qui seruitutes praediales indiuiduas declarauit, non quod sint incorporels, sed quia in solo usu consistunt, et solo vtentis facto terminentur, vsumfructum vero diuiduum celebravit, quia, licet et ipse in facto ab initio consistat, facto tamen solo non terminetur, sed post se relinquat, et fructuario adiiciat fructus, atque omnem rei utilitatem, qui fructus quum diuidi possint, etiam ius eorum diuiduum haberet. Nec defuit inquirendae huic causae ANTON. MERENDA,<sup>k)</sup> qui praeter illa, quae copiose et abunde L. 8. C. 21. n. 6. C. 26, 27. et 30. de difficultate nostra quaestione exposuit, differentiam inter vsumfructum, et seruitutes ex L. 9. D. ad L. falcid. hoc sensu accipit, ut ius ipsum vtedi, et fru-

<sup>b)</sup> l. c. n. 6.<sup>i)</sup> Sel. Iur. Quæst. L. 1. C. 28.<sup>k)</sup> Controv. Iur. T. 2. L. 8.C. 29. n. 10. p. 56.*Ar. Vinnii**Anton. Merenda.*

61

fruendi possit diuidi inter heredem, et legatarium, quam  
tam id fieri non possit de eo iure, ex quo ceterae ser-  
uitutes pendent; quod enim ceterae seruitutes non possint  
sic diuidi, naci ex eo, quod res sua nemini seruire possit,  
non autem ex substantia aut materia ipsarum. De indu-  
stria hanc indiuiduitatis causam peregit **AVGVST. HOFFMANN.** Hoffmanni.  
in *Tract. method. de indiuiduitate, l.* qui praeter **CORASII.** Corassi.  
rationem quod seruitus res sit incorporea, eam assignat, ad hunc lo-  
cum et ceteros assignare obseruauimus, nimirum indiui-  
duitatem seruitutum ab vsu, et facto pendere. Contro-  
uersiam ipsam an et quatenus vsufructus sit aut diuidus,  
aut indiuidus, late expositam apud eundem auctorem c.  
tr. C. 1. aph. 7. quam hic repetere nolumus, habes.

§. XXVI.

Quid ego de indiuiduitate seruitutum, et de vsufructu  
sentiam, post tot eruditionis gloria commendatorum vi-  
rorum altercationes vix audeo. Diligentissimus qui indi-  
uiduitatis tricis expediendis haud infelicem nauauit operam,  
**CAROL. MOLINAEV** m) ingenuo ore de se satetur, quod  
olim *Candidatus iuris* putarit haec, quae pertinent ad in-  
diuiduitatis caussam, se intelligere, prouectus senserit se  
nihil scire, et per doctorum commentaria fugientem veri-

H 3

16-

l) C. 3. S. 2. aph. 1.

m) Extric. Labyrinthe diuiduit, et indiuid. P. 3. inf.

tatem assidue sequens, nil nisi alias super alias intricaciones inuenierit, donec post longam rerum experientiam, theoriae, et praxis exercitationem sensim hos labyrinthos perfodere et retegere ipsi datum fuerit. Itaque ego, qui in dissertatione mea id non ex professo ago, ut labyrinthum istum indiuiduarum rerum peruum omnibus, et sinuosas eius frequentesque latebras patefaciam, pauca tantum, quae argumentum meum iuuare videntur, dicam. Dubito an opus sit aut in facto, aut in re incorporali indiuiduitatis principium collocare. Assignat quidem usum indiuisum PAULLVS in L. 17. D. de seru. viamque, iter, et actum, et aqueductum inde indiuiduum indicat. Sed CIRIACVS n) recte et adposito obseruauit, non fere vias esse rationes iuris auctorum, quae non ex aliqua parte claudicarent. Accedit quod forsitan hac ratione etiam indiuiduitas in usufructu procedere deberet. Mente ita rem concipio. Iura ista tum fundorum, itinerum, viarum, aquarium, tum usus, et quae sunt eiusmodi, partim legibus, partim iure ciuili descripta atque definita sunt. v. CIC. pro Caec. C. 26. Usus v. g. ita determinatus erat, vt neque plura, neque pauciora, quam quae necessitate continebantur, praestaret. Via eam latitudinem habere debet, qua vehiculum ire potest. Iam vero audiamus Oratorem c. l. *Quid prodest inquit fundum habere, si*

*Lex, et natura  
seruit  
sum causa  
indiuiduisse  
eis.*

n) ad Tit. Inst. de fid. tut.

quae

quae decentissime descripta a maioribus iura finium, possessionum, aquarum, itinerumque sunt, haec per turbari aliquo ratione commutarique possunt. sc. per interpretationem: nam in toto hoc capite, et iis, quae proxime praecedunt, de iure ciuili, de auctuiis verborum et litterarum tendiculis **TULLIUS** disputat. Idem: o) Quae descripta sunt legibus et iure ciuili, haec ita teneantur, ut sit constitutum. Et quum c. l. pro Caecinna de aqueductu, hau-  
stu, itinere et actu egerit, haec *iure ciuili septa* vocat. In vtroque loco vocem describere idem esse ac constitue-  
re, satis ex collatione horum ipsorum locorum con-  
stat, licet non ignorem, esse magnos viros, qui signifi-  
catum huius vocis aliter exposuerint. \*) Quod ad  
rem ipsam adtinet, ex his, quae habet **TULLIUS**, facile col-  
ligimus, nefas creditum fuisse, determinationem iurium  
fundorum ista ratione, qua notio iuris ipius evanescit, mu-  
tare, quod ob rationis paritatem de ceteris seruitutibus,  
quae auctorem fortitiae sunt medium iuris prudentiam aequa-

pro-

o) de Offic. L. 1C. 16.

\*) Evidem non ignoror a *Schultingis* ad *Calpurn.* Declani  
subiectam *QVINTILIANEIS*, probatum esse, descri-  
ptum nonnumquam idem esse atque in *Tabulas* referre.  
Sed de hoc significatu in locis cit. apud *Tullium* mili-  
non constat, et saepissime in *Ciceronis* libris describer-  
ponitur pro constitutere. v. Off. L. 1. C. 7.

procedit. Nonne vero id eueniet, si adquisitio et constitutio seruitutum per partes sit licita? Nisi semper, certe saepius. Fac, ut exemplares illustretur, vsum diuiduum constituatur per conuentionis modum dimidia pars eorum quae vitae necessitatem vnuarii spectant. An habebit vsuarus ea, quae necessitati subueniunt? minime. Habebit pauciora: Euanescet igitur notio vslis, qualis constituta est iure. *Viac latitudo ex leg. XII. tabb. in porrectum octo pedes habet in anfractum, id est, ubi flexum est, sexdecim ait CAIVS in L. 8. D. de S. P. R.* vbi aliud non conuentum. Potest tamen via constitui vel latior octo pedibus, vel angustior, inquit PAVLVS in L. 23. pr. D. eod. ut tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire potest. Cur ita? respondet ipse ICTus alioquin iter erit, non via. Concinne profecto ICTus, cuius verbis explicatio nostra indiuiduitatis non destituitur, sed legali auxilio percommode et peropportune instruitur. Nam finge dimidiā partem viac i. e. eius spatii, quo vehiculum ire poterit, tertiam, quartam constitui, quid hoc aliud est, quam euertere spatiū ipsum vehiculo aptum, et aliam viae notionem determinare, quam leges determinarunt. Quae autem descripta sunt legibus et iure ciuili, haec ita teneantur, ut sit constitutum, perturbatione, atque commutatione iurium explofa. Legalem istam determinationem in causa indiuiduitatis esse, optime etiam probatur eo, quod, si deficiat eiusmodi constitutio, seruitus omni-

omnino diuisionem recipiat. Nam in L. 6. D. Quem seru. am. CELSVS: si per latitudinem viae fundus diuisus est, manet ideni ius seruitutis, quod fundo indiuiso fuerat, nec aut vnu detineri, aut non vrendo deperire, nisi tota via, quoniam vnum atque eodem modo indiuiduum viae ius est. Aliter Ictus de longitudine viae, quum legibus non sit determinata: Si enim fundus per longitudinem diuisus sit, eadem omnia seruanda erunt, quae, si initio constituendae eius seruitutis hic duo fundi fuissent.

§. XXVII.

Collecta haec omnia, ut eorum anatomie simplicissimas, ex quibus cetera quasi composita sunt, partes nobis paret, in dupliceem individuarum seruitutum rationem euadunt. Altera erit **Natura** seruitutum, altera **Lex**: quas ex ipsis legibus discimus. An ea, inquit **PAVLUS**, stipulatio, qua singuli heredes in solidum habent actionem, veniat in hoc iudicium, dubitatur, veluti si is, qui viam, iter, actum stipulatus erat, decesserit, quia talis stipulatio per legem XII. tabb. non dividitur, quia nec potest? \*) L. 25. § 9. D. Fam. erc. Idem in

in L. 2, §. 1. D. de V. O. Harum omnium quaedam partium praestationem recipiunt, veluti, quum decem dari stipulamur, quaedam non recipiunt, ut in his, quae natura diuisiōnē non admittunt, veluti quum viam, iter, actum stipulamur. Ad indiuiduā seruitutum naturam iam in §. 25. commentati sumus: videamus igitur de lege. Lex assignatur a PAVLLO 12. tabb. quae, ita sacrorum nostrorum auguria propitia habeam, mihi, ut in multis, etiam in hoc genere, mediae iurisprudentiae interpretatione et opera culta atque ad artem suam traducta videtur. Neque hoc inconsiderate, neque temere. Nam in non paucis mediae iurisprudentiae indiuiduitatis principium placuisse nemo negabit. Exempli loco habeatur ius ad crescendi, partus ille perillustris mediae iurisprudentiae. Hoc a veteribus prudentibus superstructum est notissimae regulae: quod nemo pro parte testatus et pro parte intestatus decidere possit, in qua ipsa regula mediae iurisprudentiae interpretatiū studium decemuiralium legum subesse suspicor. Interpretationem hanc, quae indiuidui-

ta  
 fuisse nullus dubito, et non sine incundo animi sensu  
 vidi ea, quae narrat FR. BALDVINVS de fragmento libro.  
 rum Pomponii in bibliotheca Petri Criniti inuenito, in  
 quibus scriptum sit; seruitutes diuidi non possunt.  
 Nam earum usus ita connexus est, ut, qui cum partiatur,  
 naturam eius corrumpat, de Diu. stipul. p. 300.

Forsan indi-  
 uidua serui-  
 turum cauſa  
 a media iu-  
 risprudentia  
 profecta.

tatem seruitutum peperit, facilem pronamque habes, men-  
teque concipere poteris, si eum modum, quem in pree-  
ced. §. sequuti sumus, cogitaueris. Quoniam enim Leges  
decemuirales absolute v. g. de via disponebant, hanc  
legalem determinationem conuentionibus euerti  
posse, viamque effici, quae ex norma XII. Tabb.  
non sit via, atque hinc fieri, ut per priuata pacta  
publicis legibus derogaretur, nisi seruitutum deter-  
minatio per generalem regulam indiuidutatis religione  
muniretur, visum est prudentibus. Itaque indiuidutatem  
seruitutum interpretatione mediae iurisprudentiae, quae  
decemuirales leges grauissima SCAEVOLARVM, BRVTI, MA-  
NILI, AQVILI, SERVII ceterorumque auctoritate tempe-  
rabat, comparatam fuisse arbitror.

### §. XXVIII.

Quid mouerit ICtos, vt vsumfructum diuidendum fa-  
cerent, nemo melius quam CAROL. MOLINAEVS p) exponit, Quare vsumfructus dimidiatum.  
qui censet vsumfructum, quia sit pars dominii, L. 4. D. duue,  
de Vſuſr. diuisionem subire. At enim in L. 25. D. de V.  
S. concise negatur, vsumfructum partem dominii esse,  
quae lex interpretibus multum negotii exhibuit. Verum  
res ſalua erit, fi cum GOTHOFREDO q) in c. L. 25. D. de  
V. S. vocem *pars* per speciem interpreteris. Siquidem

I 2

recte

p) in Labyr. diu. et indiu. P. 3. p. 47.

q) ad c. L. 4. D. de Vſuſr.

recte dicitur, *vsumfructum esse seruitutis speciem.*  
 Alias conciliaciones struit **C A S T I L L O** <sup>r).</sup> Quum  
 igitur *vsumfructus* non quidem species, sed pars do-  
 minii in multis sit, sequitur, ut diuiduitate a ceteris ser-  
 uitutibus distinguatur. Etenim dominium diuiduum est,  
 partesque recipit per L. 45. D. de A. R. D. in qua disponi-  
 nitur, omnibus locis *pro parte dominii* adquiri. Ex qui-  
 bus omnibus concludere licet, *vsumfructum* aequa atque  
 dominium in 2, 3 aut plures partes diuidi posse, manente  
*vtriusque natura;* quia *vsumfructum* *pro parte amitti*, si  
 secundum ius nouum decennio vel vicennio ab altero li-  
 bertas partis *vsumfructus* sit, certum est, atque ex hac ipsa  
 diuiduitate constat. L. 5. D. de *Vsuf.*

### §. XXIX.

De *vsus* seruitute non aliud dicendum erit, quam il-  
 lud, quod de via ductu legis §. 24. euictum dedimus. Per  
 indiuiduitatis qualitatem sc., quae *vsui* cum ceteris serui-  
 tutibus est communis, efficitur conseruatio totius *vsus*, si  
 etiam longo tempore altera parte tantum *vsuarius* *vsus* fue-  
 rit, altera parte per non *vsum* deferta. Ne vero hic *vsui*  
 partiali nimis indulgeamus, sciendum est ad conseruatio-  
 nem totius iuris, quod hic potissimum de iure coenobii

di-

<sup>r)</sup> de *Vsuf.* L. 1. C. 32. add. NIC. DE PASSERIBVS Conciliat.  
 Legum edit. Colon. p. 631. seqq.

dictum esse velim, per vsum partialem requiri, vt is, qui pro parte tantum seruitute vtitur, sciat, totum illud ius, quod ita seruatum voluit, sibi competere. conf. LAVTERE. s.) Neque haec sine iure. Etenim quamuis vsum iuris nrares sit merae facultatis, si tamen effectum conseruandi producere debeat vsum partialis, coniunctum eum esse oportet cum animo conseruandi, et vti credat se iure suo vti. His autem coenobii vsum maximis difficultatibus adstringi iusque ipsum vsum in silua caedua quam maxime periclitari quis dixerit. Posset enim obmoueri, quum tot annos coenobii administratores septem plaustris vsum siluae caeduae, qui charta Ottoniana concessus est, seruarint, pro ignorantia ipsorum praesumi debere, nec doctrinam de non vsu, quam exposuimus, hic locum habere. At primum eiusmodi praesumtio omnino in causa nostra non vsuuenit, quoniam ii, qui vsum coenobii exercuerunt, munificarum chartarum possessores fuerunt, quibus pleni iuris edocti hoc tamen ob multa alia eademque externa rei adjuncta pro parte tantum vni sunt, quo ipso argumentum, quod tacitam renunciationem §. 23. arguebat, immunitur. Deinde ignorantia iuris totius forsitan eo minus probari posset, quo certius est; iam inde a primis temporibus adquisiti vsum in silua caedua pro hoc toto vsum praestationes 5. thalerorum susceptas, solutasque esse, quae

*Ad placatio  
disputationis  
ad causam  
coenobii.*

Solitio; ceu recte iudicat MEVIVS <sup>t)</sup>, et oneris continua-  
ta praestatio non tantum aequam faciunt commodi pro isto  
debiti perceptionem, sed etiam argumentum efficiunt pos-  
sessionis, quae continuatur, onus illud sustinendo, et si  
aliquot annis ipsa auctio ligni omissa fuerit. Retinetur,  
pergit MEVIVS, per illud huius possessio, quia non alio,  
quam eo animo soluitur, quia, ut in notis subiungit, pos-  
sessio solo retinetur animo; animum autem declarant facta,  
quae indicant noluisse quem definere possidere, et si ipse  
vslus vel actus cessauerit. Haec omnia maiori pondere  
augentur, confirmantur, animusque, qui ad totius confer-  
uationem per vslum partiale tendit, perfecte declaratur  
per contentiones administratorum repetitas, quae ius coe-  
nobii a. 1591, quum id detrimenti aliquid capere videretur,  
villo modo perturbari imminuque non passi sunt, sed to-  
tum sibi asseruerunt.

### §. XXX.

*Ius, quod coe-  
nobio in silva  
caedua com.  
petit, per par-  
tiale vslum  
integrum fer-  
uum.*

Quae quum ita sint, causa coenobii doctrina de vslu  
partiali, quo totum ius conseruatur, eo magis iuuatur,  
quo minus vslucapione libertatis aut turbatiua interpellatio-  
ne, in qua coenobium acquieuerit, illam impeditam habe-  
mus, quoque certius est, hodie iura per solum non vslum  
non amitti, sed libertatis vslucapionem accedere debere.

Ita-

<sup>t)</sup> P. 4. D . 359

Itaque non tantum ad illam quaestionem, an per longi temporis usum partiale totum ius minutum, an per hunc ipsum usum longaeum eundemque partiale totum ius conservatum sit? nec non, an ea, quae de usu et non usu exposuimus, causae coenobii tribui possint, responsum. Vtraque quaestio explorata affirmataque est, ita ut tum ius totum per usum partiale cum animo totum ius conservandi coniunctum seruetur, corroboreturque, tum tantum absit, ut usus partialis iuri coenobii in silua caedua dem Grinder-Wald detrahatur, ut totum usum per partiale eius exercitium, licet longus annorum decursus accedat, firmauerit. Sunt forsan plura, quae commodam iuris coenobii interpretationem illustrant, sed haec mea non putauit, qui apud animum constitueram ea explicare, quibus non usus, et usus partialis, Quiritariae, et Iustinianae, Iurisprudentiae opibus instruitur.



Burchardus dei gracia comes de Welpia omnibus pre-  
sentem paginam inspecturis. Salutem in eo qui est  
salus omnium. Quidquid disponitur in humanis rebus  
vel actibus. euoluto tempore recedit a memoria per  
ignorantiam obliuionis. nisi scripture testimonio  
fuerit conprobatum. Notum esse volumus vniuersis quod  
claustro lacus sancte Marie et conuentui eiusdem loci pro-  
pter deuocionem et dilectionem specialem si aliqua gra-  
uamina de nobis vel maxime de aduocatis nostris pertule-  
rint. quod plerumque euadere non potuimus propter  
imminentia bellorum pericula. damus et concedimus eis-  
dem graciem plenariam. in omni iuridictione nostra sicut  
avus noster fundauit. et dotauit locum prefatum in omni  
libertate. et promocione priuilegiorum pontificum. et  
regum. insuper in filiis. et nemoribus. in omnibus  
locis nostre dicionis. vbicunque voluerint habebunt licen-  
ciam. fine contradictione alicuius. cedendas arbores ad  
edificia. prout expedit earum utilitati. Item in aquis  
habebunt proprietatem et libertatem. ita quod apud Mo-  
lendinos suos. vbicunque fuerint positi citra laynam.  
vel aliis aquarum decursibus. in prememorata dictione no-  
stra. nullus ex nostris. pescacionibus. vel aliis quibus-  
cunque lesionibus eas sollicitet. vel perturbet. insuper

in

73

In ipsa prescripta layna; superius et inferius pro conuenientia vtilitate. nullus. pifcatores eorum impedire presumat. Ceterum si alienus et aduena quicunque fuerit. ad nostras deueniret partes. et adiunctus fepedicto claustro. de arbitrio suo eligeret esse proprius. siue cerecensualis beate virginis. nullus heredum nostrorum ipsum impedi-  
re. vel inpugnare debet. sed iure perpetuo maneat. in id ipsum quod elegit. eisdem obligatus. Preterea. in porcorum pastibus. filuis. et nemoribus inducendis. et deducendis propriis nutrimentis. et alienis pro precio conductis. nullus officialis. vel aduocatus eas grauare. vel artare presumat. sed cum omni iure. proprietatibus et vtilitatibus. pertinenciis vniuersis. in campis. in filuis. rubetis. pratis. paſcuis. agris cultis et incultis. viis et inuiis. aquis aquarum decursibus. et instagationibus. et simpliciter cum omnibus libertatibus. vſusfructibus. iuridicionibus. et ceteris omnibus. qualicunque nomine censeantur. perpetuis temporibus perfruantur libere. pacifice. et quiete. huius facti testes sunt dominus Hermannus dictus poppo. Dominus Hartbertus de mandeslo. Dominus Godefridus de Tisenhusen. Dominus Tide-  
ricus de bordeslo. et alii quam plures. fide digni. Ad firmitatem vero et perpetuum testimonium. sigillum dilecti fratris nostri Bernhardi Magdeburgensis electi. cum nostro huic littere est appensum. Anno ab incarnacione domini. Millesimo. ducentesimo. septua-  
gesimo sexto. In vigilia apostolorum petri et pauli.

K

**V**niversis et singulis hoc priuilegium inspecturis. Otto dei gracia Comes - - bona voluntate et deuota intencione ad honorem gloriose virginis marie - - et pater noster Comes conradus et frater noster Comes Borchardus felicis memorie ecclesie sancte marie et sanctimonialibus eiusdem, in lacu sancte marie contulerunt. Ita si aliquis alienus vel aduena in perpetue seruitutis iugum se subiungauerit et de arbitrio suo elixerit esse proprius. vel cerecensualis beate marie et ipsius filiabus sanctomialibus in lacu ut prediciatur nullus heredum nostrorum ipsum impedire vel expugnare debet sed iure perpetuo maneat in id ipsum, quod elegit eisdem obligatus. - Item in nemore dicto grinderwolt pastus quinque Sexagenarum porcorum alienorum pro precio conductorum. omniumque in propriis edibus nutritorum et aliorum de villicacionibus earum datorum seu dandorum cum trium aprorum pastibus inducendorum et libere deducendorum. nec non in eodem nemore arbores cedendas ad aedifica et combustibilia et ad omnem ipsarum necessitatem. Et cum hoc totam filiam dictam berchorn plene contulimus et presentibus conferimus. Ita quod nullus officialis vel aduocatus eas grauare vel artare presumat. sed cum omni iure proprietatis utilitatibus vniuersis in omnibus que premittuntur fine omni exactione vel depecuniacione perseverare debebunt et permanere hoc etiam heredum nostrorum vel nostre hereditatis possessorum posteritati fiducialiter commisimus et committimus imitandum. In cuius rei testimonium hoc presens sigillum nostrum duximus roborandum. Presentibus famosis viris discretis et fide dignis. Domino lippoldo de mandeslo et domino Iohanne kanne et domino Gerhardo campe militibus. et famulis hinrico hederen et Borchardo holtebuttel. et Iohanne mane famulis. et quam plurimis fide dignis aliis. Datum et actum Anno a nativitate filii sancte mariae M. Tricentesimo primo, XVI<sup>o</sup> kalendarum aprilis.

Wy

**W**y wilhelm van godes gnaden to Brunswig und luneborch  
 hertoge Bekennen openbar mit dessleme breue vor vns vnse  
 Eruen vnd Nakomelinge Hertogen to Brunswig vnd luneberg dat  
 wy angefehen hebbien manrigerliec nodrofft drengnisse vnd scha-  
 den de vppe de hilligen sammeninge des klosters to sant Mariense  
 bouen somlike grade vnd priulegia gedrungen vnd gebracht sin.  
 nomlichen van den holtsworren des Grindewoldes mit pandinge  
 giften vnd anderer vntemeliker wonheit Als denne nu vns billiken  
 to geboren, alle sake to richtende vnd to rechtfertigende in vnsen  
 landen vnd gebeden. vntemelike wonheide edir bewernisse vmmis  
 bestentnisze willen vnser lande in ein beter to wandelende, So heb-  
 ben wy gedan vnd don Iegenwardigen in krafft desses breues, def-  
 sen vorbenomten Stichtie dessse grada, als se dar ok eer mede  
 begnadet sin, vnd willen de ok ernstliken van eneme yowelen ge-  
 holden hebbien, So dat dat kloster ore proueners vnd knechte vnd  
 ore vorwerke in oreme ringethune begrepen Echtwerdinge vnd  
 Holthouw hebbien schullen uppe deme grindewolde, mit allerlie  
 Holte, vnd in den Scharholten to Eyleussen to Hagen to Nobeke  
 vnd anderen dorpen vmmeden wolt belegen berneholt to hanwen-  
 de, wur se dat afflangen kuuen. Ok scal men deme vorbenomten  
 Closter, buwholt vthe den vorbenomten holten to oren noden  
 nicht weigeren, Ok schullen se darsfulues or vehedrißt hebbien, wur  
 se de afflangen kunnen, sunderu iemandes vorbedent, ok sodanne  
 Swindrißt uppe den gananten wolt vnd grada darmede se alrede  
 besorget sin, schullen se beholden, als se wante herto gehat hebbien  
 We hyr enbouen deme vorbenomten kloster ienige pandinge dede,  
 van weme de schäge, dat weren Vogede tor wolpe edir sworne  
 edir we dat were, De pandinge schall men vnfeme vogede tor Nien-  
 stadt, mit eneme honouerschen punde vorbeteren, So vakenne demful-  
 uen vogede dat to wetende worde, vnd de holtsworren desslulen  
 woldes schullen deme vorbenomten kloster, nenerleye gedrenge  
 furder don, mit der selwerderschüp edir pandinge, wen de pro-  
 uest darsfulues schall on vmmre fruntschüp willen, alle Jar to vaste-  
 lauende vnd to pingsten to ener yowelen tjd, ene fiden flesches  
 Teyn slige luttikes brodes, vnd ene halue Tunnen beres geuen Dar

schullen de van Saedern Eyleuessen Hagen Nobeke vnd de dar to  
horen sikkane nogen laten, vnd deme Stichte nene furder dreng-  
nisse dori. Sunder desser rechticheit mit andern oren rechtichei-  
den, dc se want herto gehat hebben rauweliken bruken laten Al-  
ler dusser vorgelcreuenn stücke vnd artikule saamt. vnd ienes yowel-  
ken besundernn To furder bekantnisse hebbe wy wilhelm van go-  
des gnaden to Brunswig und lunesborg hertoge vorgenant vnse  
Ingelegel an dessen bress gehangen heten Na godes gebort Veer-  
teinhundert vnd darna Am Dreeundreitigstenlaren Am Sant Ma-  
thei dage des hilligen Apostels.







Göttingen, Diss., 1753 M-2

ULB Halle  
005 350 824

3



VdA





1753, 21  
27

DISSERTATIONEM  
DE  
**TOT O<sup>servitutis</sup> IVRE**  
PER PARTIALEM VSVM SERVATO  
QVO VSVCAPIO LIBERTATIS  
ET  
**INDIVIDVA SERVITVTVM CAVSSA**  
ILLVSTRANTVR  
**POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO**  
**DOMINO**  
**GEORGIO II.**  
MAGNAE BRITANN. FRANC. ET HIB. REGE  
DEFENSORE FIDEI  
BRVNSVICENS. ET LVNEBURGENS. DVCE  
S. R. I. ELECTORE AC ARCHITHESAVRARIO  
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
IN GEORGIA AVGUSTA  
INCLVTI ORDINIS IVRIDICI AVCTORITATE  
PRO SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
ET PRIVILEGIIS OBTINENDIS  
PVBLICAE DISQVISITIONI SVBMITTET  
**ANDREAS RVDOLFVS DE RAMDOHR**  
BREMENSIS

A. D. XIII. OCTOBR. CI<sup>o</sup> ID GCLIII.

GOTTINGAE  
PRELO GEORG. LUDOV. SCHVLTZII, ACAD. A TYPIS: